Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

ATHANASII KIRCHERI

E SOCIETATE IESV

ARITHMOLOGIA

SIVE

De abditis Numerorum myſterijs

Qua

Origo, Antiquitas & fabrica Numerorum exponitur;
Abditæ eorundem proprietates demonſtrantur;
Fontes ſuperſtitionum in Amuletorum fabrica aperiuntur;
Denique poſt Cabaliſtarum, Arabum, Gnoſticorum,
aliorumque magicas impietates detectas, vera
& licita numerorum myſtica ſignificatio
oſtenditur.

ROMÆ, Ex Typographia Vareſij. MDCLXV.

SVPERIORVM PERMISSV.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

ILLVSTR.MO ET EXCELLENT.MO COMITI

AC DOMINO

D. FRANCISCO DE NADASD

EQVITI AVRATO

Perpetuo Terræ Fogaras, ac Comitatus Castriferrei supremo Comiti, Sacræ Cæsareæ Regiæque Maiestatis Consiliario & Cubiculario intimo, necnon summo per Vngariam Curiæ Regiæ Magistro & Iudici.

Athanasius Kircherus Fel. P.

OPVS hoc, EXCELLENTISSIME COMES, de abditis Numerorum mysterijs, lucem sub gloriosi Nominis Tui splendore subiturum, vti, ni fallor, haud incuriosis à me argumentis est concinnatum; ita vel

hanc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

hanc ſolam ob cauſam in Orbe Literario locum reperturum confido; quod inuictæ mentis Tuæ vi & efficacià, pari cum munificentia ſit extortum. Opuſculum qualecumque tandem illud ſit, certè quot Numeris, tot Virtutum Tuarum radijs; quot myſterijs, tot magnæ animæ Tuæ ſublimium actionum ectypis conſpicuum ſplendet: ſiquidem in Te colligata ſimul & conferta cernuntur omnia, quæ ſparſim diffusèque apud alios inchoata ſunt virtutum inter ſe catenatarum præſidia, vt quæ diuiſa deprehenduntur in multis, ea vno eodemque pectore Tuo tanto rerum complexu abſoluta perfectaque comprehendantur. Quis Tuum in Orthodoxæ fidei religione cultuque propagando zelum & ſollicitudinem non admiretur? Quis in euincendis difficultatibus animi robur & fortitudinem, Pacis & concordiæ ſtudia non ſuſpiciat? Quid de præclaris animi Tui dotibus? Tibi acre, perſpicax, aptumque ad res omnes intelligendas ingenium, quod tum primùm mihi innotuit, cum Te hic

Ro-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

Romæ de abditarum rerum argumentis peritissimè mecum differentem, cum stupore audiui, & cum tredecim Linguarum ac Nationum selectis in familiam Tuam, veluti Academicis quibusdam Affeclis, Te hic spectaui. Quid Prosapiæ Tuæ siue antiquitatem siue splendorem memorem? Etenim ex peruetusta Pethenediorum Comitum domo rerum gestarum gloria celeberrima originem ducis. Item è Regia Bathoreorum familia per Elisabetham Bathoriam Francisci Nadasdi Aui Tui coniugem descendis, quam Stephanus Bathoreus primò in Principatus Transyluaniæ, deindè in Regium Poloniæ solium euectus, in adeò altum dignitatis gradum gestorum magnitudine euexit, vt vix illi quicquam addi possit.

Quid dicam de Paulo, Thoma, Francisco Nadasdijs, quorum illum grandibus officiorum titulis à Cæsare cumulatum, Terrorem Turcarum vniuersa celebrauit Hungaria. Hi, vti Hungariæ commemorant Historici, rara felicitate & incredibili

ani-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a

animi magnitudine victorijs inclyti, tantam ſibi nominis famam, rerumque contra Turcas geſtarum celebritatem compararunt, geſtis vt ſuis aliquorum fidem exceſſiſſe videantur. A quibus minimè degener eſt Tuus ad magna & ardua ſemper intentus animus, tanto meritorum virtutumq;cumulo confertus,vt proindè vel iam Orbi thema dictes, in amplum Poſteris virtutum Tuarum argumentum.

Suſcipe itaque hoc literarium munuſculum, tanquam perpetuum mei in Te affectus & obſeruantiæ ſymbolum: inuenies in eo digniſſima capaciſſimæ mentis Tuæ paſcua; ampliſſimos ingredieris nouorum argumentorum campos, queis ſummi ingenij Tui vires non tantum experiaris, ſed & animum Tuum anagogica & myſtica quadam numerorum ratione ad æternæ felicitatis arrham inſtruas. Vale omni virtutum genere Excellentiſſime Comes, grande Hungariæ decus & gloria.

E Coll. Rom. Soc. Ieſu. 17. Iulij 1065.

PRÆ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a

PRAEFATIO
AD LECTOREM.

ARithmologiam arcanarum rerum opulentia confertam editurus, non longis verborum ambagibus, non mollibus numerosi ratiocinij lenocinijs, sed Laconum more, propositum mihi argumentum paucis breuibusque expediendum duxi. Non ignoro complures amplum hoc de mystica numerorum doctrina, thema affatim prosecutos fuisse; vt proindè post illos, peractà iam meße, nihil aliud nisi vilium stipularum collectio, in qua explicanda, industriam meam collocem, relicta videatur. Quidquid sit, mearum partium erit abiecto cortice, medullam rimari: argumentum quod vti semper magni mihi momenti visum fuit, ita quoque ab alijs precium eius, aut ignorantibus, aut ignoranter despicientibus ad incudem reuocatum, eo splendore, ni fallor, illustrare conabor, vt ex eo non exiguum in Rempublicam Literariam, tum lumen, tum emolumentum resultaturum confidam, ad hoc, tum grauißimorum authoritate virorum, quà literis, quà exhortatione instanter sollicitantium, tum zelo gloriæ Dei ordiendum potissimùm inductus: Cum enim iam dudum ex abdita numerorum doctrina perperàm siue accepta, siue intellecta, portentosa superstitionum à male feriatorum hominum audacia cõmenta in publicum emergere cognossem; magnum sanè me operæ precium facturum existimaui, si prius abditis numerorum proprietatibus iuxta apodicticam Geometriæ amußim expositis, id deindè quod legi-

✠✠ ti-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

timum, ſanum, innoxiumque foret ſelectum, ab illegitimis, ſpurijs, ac perniciosis numerorum vſibus ſeparatum, tum ad cautelam hominum plus æquo curioſorum, tum ad ſtulta quorundam deliramenta, vana mendacia, & inſanias falſas, circa ſuperſtitioſos numerorum effectus extirpandas, ſeriò & eo quo licuit ſtudio animique contentione, mentem meam ad diuini Numinis gloriam apponerem. Quod hoc opuſculo paucis exequi conatus ſum. Ne verò ἀμεθοδέως in eo progederemur: Primò originem & Fabricam tradimus numerorum, in qua modum & rationem à primæuis mundi incolis ad hæc vſque tempora in numeratione rerum obſeruatam: & deindè magis magiſque, cùm ab Hebræis, Chaldæis, Arabibuſque, tùm à Græcis ac Latinis excultam exhibemus. Quibus quidem ritè expoſitis, ad miras quaſdam pronicorum numerorum proprietates, in ſecunda Libri parte explicandas procedimus. Cum verò complures ex Arabum Schola, abditas horum numerorum rationes curioſius contemplarentur, hinc certò aliquid humanis rebus ſublimius ſub ipſis recondi ſibi amenter perſuaſerunt; vndè prima magicæ vanitatis rudimenta prodierunt, dum huiuſmodi numeros, quos veluti ſacroſanctos, & prorsùs diuinos venerabantur, Aſtrologia paranympha in fabricam amuletorum extollentes, numerorum cæteroquin infallibili arithmeticæ demonſtrationis ratiocinio inſiſtentium proprietates, turpi characterolatriæ crimine contaminarunt. Quos nefandi Gnoſtici ſuccenturiatores impuris perfidæ ſuæ ſectæ dogmatis vnà cum Aegyptiorum Dæmonolatria inſeruerunt. Secuti fuere hoſce ſtultum Cabaliſtarum vulgus, quod ex fanatica Hebræorum numerica Cabala depromptis numerorum non myſterijs, ſed deliramentis in diuinatoriæ artis vſum aſſumpſerunt: quod ſatanicum dogma adeò hominum mentes ex abominando

artis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

artis vsu infatuatas peruertit, vt magnum quid se obtinuisse videantur, si à quopiam Satanæ ministro huiusmodi numerorum Sacramentum adepti fuerint: quorum quidem falsitates & grandes imposturas ex imis fundamentis in III, IV & V Parte confutamus.

Hisce quoque pari methodo peractis, restat vera & realis numerorum mystagogia, quam in vltima huius Libri parte tradimus: in qua mysticas numerorum rationes iuxta S S. Patrum mentem, multiplici sensuum ratiocinio fultas explicamus: vt indè haud exiguum emolumentum in Lectoris animum emanaturum confidam. Mysticam exhibitionem vide in frontispicio libri: In quo Monas Tri-una sub triangulo æquilatero comprehensa, in Angelicum nouem Chororum mundum intellectualem, in tres hierarchias, quæ per totidem idealia triangula æquilatera sibi implexa notantur, dispertita influit: quin & per mundum intellectualem siue Angelicum, in Mundum Sidereum, & hinc in elementarem vtrique miro & ineffabili modo se communicat. Vti enim conditrix sapientia, Tri-una in numero, pondere & mensura trina diuisione condidit omnia; ita quoque Veteres Sapientes Hebræi, Græci & Arabes mysterium subolfacientes, Mundi tam intellectualis quam corporei constitutionem, non meliori modo, quam per abstractas huiusmodi numerorum rationes exponi posse existimarunt. Vidit & miram hanc mundialium rerum concatenationem Siracides in suo Ecclesiastico cap. 1. dum de Sapientia præfatus, diuinum hoc epiphonema protulit. Disciplina Sapientiæ cui reuelata est & manifestata, & multiplicationem ingressus eius quis intellexit? vnus est altissimus, creator omnium omnipotens, & Rex potens & metuendus nimis, sedens supra thronum illius, & dominans Deus: ipse creauit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a

illum in Spiritu Sancto, & vidit, & dinumerauit, & mensus est, & effudit eum super omnia opera sua. *Atque hæc sunt quæ Lectori curioso paucis communicanda duxi. Vale, cœptisque faue.*

IOAN-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

IOANNES PAVLVS OLIVA SOCIETATIS IESV
Præpositus Generalis.

CVm librum P. Athanasij Kircheri nostræ Societatis Sacerdotis, de arcanis numerorum Mysterijs, tres eiusdem Societatis Theologi recognouerint, & in lucem edi posse probauerint, facultatem concedimus, vt typis mandetur, si ita ijs, ad quos pertinet, videbitur. In cuius rei fidem, &c. Dat. Romæ 18. Nouembris 1664.

Ioan. Paulus Oliua.

Imprimatur, si videbitur Reuerendiss. P. Mag. Sac. Palatij Apost.

O. Archiep. Patracen. Vicesg.

Imprimatur,

Fr. Hyacinthus Libellus Sacri Pal. Apost. Mag.

IN-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

INDEX CAPITVM

Quæ in hoc Libro continentur.

Præfatio ad Lectorem.

Pars I. De priſcis Numerorum notis, earumque fabrica & origine.

Cap. 1. De primæua Numerorum origine. fol. 1.

Cap. 2. De Græcorum veterum notis numericis, earumque fabrica. fol. 7.

Cap. 3. De ἰσοψηφία numerorum. fol. 12.

Cap. 4. De priſcis Latinorum notis Arithmeticis, earumque origine & fabrica. fol. 18.

Cap. 5. Numerorum, quibus priſci Latini vtebantur, fabrica. fol. 22.

Cap. 6. De Agorithmo. De zyphrarum, ſiue hodierna die vſitatorum numerorum origine & fabrica. fol. 40.

Pars II. De arcanis numerorum quorundam, quos Pronicos vocant, proprietatibus.

Præfatio ad Lectorem. fol. 57.

Cap. 1. De miris numerorum effectibus. fol. 59.

Cap. 2. De myſterijs huiuſmodi numerorum. fol. 64.

Cap. 3. De Mathematico fabricæ & conſtructionis dictorum Sigillorum ratiocinio. fol. 73.

§. 1. Quadrati conſtructio, quod ex ternario in ſeipſum ducto conſtituitur, eſtque Sigillum Saturni. fol. 74.

§. 2. Secundi quadrati quod ex 4. in ſe ductis emergit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

git, constructio Mathematica, atque Sigillum Iouis nuncupatur. fol. 83.
§. 3. Quadrati tertij constructio Mathematica, quod & Sigillum Martis dicitur. fol. 88.
§. 4. De constructione Mathematica Quadrati quarti Sigilli Solis. fol. 91.
§. 5. Constructio Quadrati, seu Sigilli Veneris Mathematica. fol. 96.
§. 6. Constructio Sigilli Mercurij ex Quadrato 64. fol. 99.
§. 7. Constructio Sigilli Lunæ Mathematica, siue Quadrati 81. fol. 103.
§. 8. De Quadratis Cubicis. fol. 106.
Cap. 4. De alia & facili huiusmodi numerorum dispositione. fol. 110.
Cap. 5. De numeris pronrcis, eorumque in quadratis parium terminorum dispositione. fol. 123.
Pars III. De Arabum Hebræorumque numeris, & mysticis Sigillis, quæ ex ijs conficiebant.
Cap. 1. De varijs modis, quibus Hebræi & Arabes Sigilla sua conficiebant. fol. 150.
Pars IV. Arithmomantia Gnosticorum per ἰσοψηφίαν, siue, de arcanis numerorum, queis Gnostici Hæretici primi seculi ad magicas operationes vtebantur. fol. 169.
Præfatio.
Cap. 1. De superstitiosæ Gnosticorum sectæ origine, modo, ratione. fol. 170.
Cap. 2. Sigillorum Magicorum, seu Telesmatum ex mis Gnosticorum principijs veritas exponitur. fol. 177.

Cap.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a

Cap. 3. Aliorum Sigillorum præcedentibus haud dissimilium interpretationes. fol. 187.
Pars V. De Magicis Amuletis.
Cap. 1. Explicatio nonnullorum Sigillorum. fol. 216.
Cap. 2. De Cabala Pythagorica. fol. 226.
Cap. 3. De Rota Vitæ & Mortis. fol. 233.
Pars VI. Mystagogia Numerorum, siue de Mystica numerorum significatione.
Præfatio. fol. 239.
Cap. 1. De Monade siue vnitate mystica. fol. 241.
Cap. 2. Quomodo vnitas seu Monas trina dici possit. fol. 247.
Cap. 3. De Mysterijs Tetradis seu quaternarij. fol. 259.
Cap. 4. De Quinario, Senario, Septenario, &c. vsque ad Denarium inclusiuè. fol. 267.
Cap. 5. De Catenis rerum numeralium per numeros expressis. fol. 280.
Cap. 6. De mysticis numerorum catenis. fol. 283.

ARIT-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

ARITHMOLOGIAE PARS I.

De priſcis Numerorum Notis earumq; origine & fabrica.

CAPVT I.

De primæua Numerorum origine.

RAtionalis fabricæ naturale quoddam pullulans principium numerus eſt; mentis enim expertia, vti bruta, non numerant; ſed & hic ipſe nihil aliud eſt, quàm ratio explicata: ideò enim numerus principium eorum, quæ ratione attinguntur, eſſe probatur, vt eo ſublato nihil omnium remanere, ratione conuincatur: ſiue enim ratiocineris, ſiue componas, ſiue diuidas, ſiue diſtinguas, ſiue denique quacunque tandem ratione vnum cum altero conferas, aut vnum ab altero ſepares, id vtique abſque numero fieri non poteſt: vt proindè Plato Neocli interroganti, cur homo ſapientiſſimum animal definiatur, non incongruè reſponderit, ὅτι ἀριθμῶν θήρα: *quia numerare nouit*. Atque ex hoc combinatricis mentis ratiocinio naſcitur multiplex illa & fœcundiſſima numerorum origo, quæ vti ex vnitate illa maxima & archetypa profluxit, ita hu-

Numerus, ratio explicata.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a

mano intellectui insita, quidquid agit, per illam agit, donec in eam tandem, vndè profluxit, vnitatem triunam resoluatur. Quoniam verò homines ad manifestandos intimos animi conceptus sub eadem numerorum forma subsistentes, signum extrinsecum veluti iure quodam suo requirebant, quo numerosos huiusmodi in mente latentes conceptus manifestarent, hinc natæ sunt variæ illæ diuersarum gentium, quibus sese inuicem explicabant, notæ & symbola, quæ vel à primis nascentis Mundi incunabulis originem suam duxisse adeò certum est, quàm certa sunt sacra Pentateuchi volumina, quibus iam viuente adhuc humani generis protoplasto, numerorum formandorum rationem viguisse, melioris notæ interpretes ex Sacra Geneseos Historia amplis ratiocinijs deducunt, vbi & Adamus primus omnium artium & scientiarum inuentor dicitur: & Suidas hisce verbis docet: *Adamus primus homo, Dei manu effectus, & ad imaginem & similitudinem Dei efformatus, iure primus Sapiens appellari potest:* ὅτι τοῖν ὄντων ὁ δοκιμάζας ἕκαστα καὶ πᾶσιν κανόνας, καὶ στάθμας ἀκριβεῖς καὶ ἔρυς αὐτὸν τηρεῖτυς ἀναρμοζαμένου τύτυ γὰρ τέχναι, καὶ γράμματα, τύτυ ἐπιστήμαι λογικαὶ καὶ ἄλογαι: τύτυ πάντα ῥήματα, διδάγματα, καὶ ὅσαι κατὰ τὸν βίον ἀναγκαῖαι χρεῖαι καὶ διαῖται. *Huius igitur sunt artes & literæ, huius scientiæ rationales & non rationales, id est, mechanicæ, huius omnes inuentiones, & quæcunque ad vitam necessaria sunt.* πάντων γὰρ εὑρέτης πρωτόπλαστος ὄντος. *omnium eorum protoplastus inuentor fuit:* Vndè Iubal Henochides ab eodem Adamo instructus, Arithmeticam & Musicam, quam didicerat, in humani generis vsum pri-

Inuentio numerorum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

primus educens, pater appellatus fuit canentium Cythara & organo; vti quarto Genesis capite legitur. Cum itaque nec cantus, nec instrumentorum Musicorum dispositio sine numeris, & sine certa numerorum notarumque singulis interuallis competentium proportione confici posset, vtique eas, meliori quo in primæuis illis Mundi originibus, fieri poterat, modo exhibuit, legesque posteris suis ijs informandis præscripsit. Quales autem illæ fuerint, vti temporum immemorabilis vetustas nobis inuidit, ita quoque nihil nobis, nisi coniecturæ ad eas cognoscendas, supersunt. Rabbini, & inter cæteros celebrior Rambam dictus, in suo More nebuchim, id est, perplexorum Doctore, putat huiusmodi notas numericas alias non fuisse, nisi puncta aut lineolas, ex quibus veluti ex vnitate assumpta, amplissimas numerorum series educerent: verba eius ex hebraico deducta sunt:

Rambam doctor perplexorum.

הראושנים בני אדם כמו מסרו רבינו זל מצאו חסימני
החשבונות וצורתם כצורת היוד הנקודה.

Primi filij Adam, quemadmodum Rabbini nostri, quorum memoria in benedictione, tradunt, inuenerunt signa computationum, eorumque figuræ non absimiles τῷ Iod puncto; ex huius enim multiplicatione numeros exhibebant: hoc pacto per י Iod, vnitatem exprimebant, binarium duobus יי notabant, ternarium tribus ייי. quibus in Thargum Nomen Dei triunum passim expressum videmus; & sic de cæteris, vti ex primæ Abaci columnæ notis, ex Rabbinorum libris depromptis patet: atque hisce ijsdem punctis hebraici Alphabeti literas

Ex Iod hebraico veluti vnitate numeri reliqui componebantur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

formatas א ב ג &c. amplè Rab Kimchi, & Rab de Balmis in Dicduk ſiue in ſua grammatica docet, quos conſule. Atque adeò haud inueriſimile videatur, primæuos homines, huiuſmodi punctorum multiplici additione, ſubductione ac multiplicatione ſingulas numerorum ſpecies exhibuiſſe, vtpote quorum plerique ἀναλφάβητοι. literarumque expertes, nulla præuia arte, aut Magiſtri inſtructione, ſolo rationis dictamine, per puncta aut lineolas, quod & hodierno æuo in ruſticis vſu venire ſolet, expreſſerint, vt dum per vnam lineolam carbone aut creta depictam I. II. III. IIII. IIIII. & ſic de cæteris ordine naturæ pingere ſolent. Verùm cum ſuccedentibus ſeculis, hominibus experientià doctioribus, modus hic incommodior viſus fuiſſet, quàm vt omnes numerorum ſpecies eo aptè exprimerentur, Hebræi paulatim neglecta punctorum coaceruatione, Alphabeti literis, loco numerorum vſi ſunt, cuius artificij inuentorem Euſebius Nierembergius Abramum nõ incongruè libro de origine Sacræ Scripturæ literarumque facit. Quos deindè ſecuti Ægyptij ex Chami progenie nati, omnium primi, qui poſt Cataclifmum ſcientiarum artiumque cultu, nec non Arithmeticæ inuentione, teſte Ioſepho, celebres in Mundo claruere; Hebræos Ægyptioſque ſecuti ſunt Chaldæi, & ſucceſſu temporum Syri, & ab hiſce tandem Græci, à Græcis Romani, numerorum per Alphabeti literas exprimendorum modum mutuati deſumpſerunt; vti ex ſequenti tabula patet. A primis autem Scriptoriæ artis exordijs, literas Alphabeti Hebraici in locum numerorum aſſumptas, pulchrè

Ruſticorum modus computandi.

Literarum pro numeris introductio.

oſten-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

rima

Numerus psalmorum per literas Hebraicas indicatur.

Cabalistarū numerandi ratio.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

Abacus Alphabetorum principalium Linguarum, quæ literis, loco numerorum vtebantur.

Prima numerorum signatio ex Rabinorum traditione.	II Numeri Alphabeti Hebraici.	III Numeri Alphabeti Syriaco-Caldaici.	IV Numeri ex Alphabeto Arabico.	V Numeri ex Alphabeto Ægyptio-Copto.	VI Numeri ex Alphabeto Græco ordinarij.	VII Notæ Numerorum veterum, ex Alphabeto Græco extractæ.	VIII Numeri Latini ordinatij.	Numeri Latini per abbreuiat.
' 1	א 1	ܐ 1	ا 1	ⲁ 1	α 1	α 1 I	I	
'' 2	ב 2	ܒ 2	ب 2	ⲃ 2	β 2	β 2 II	II	
''' 3	ג 3	ܓ 3	ج 3	ⲅ 3	γ 3	γ 3 III	III	
'''' 4	ד 4	ܕ 4	د 4	ⲇ 4	δ 4	δ 4 IIII	IV	IV
''''' 5	ה 5	ܗ 5	ه 5	ⲉ 5	ε 5	ε 5 Π 5	V	
'''''' 6	ו 6	ܘ 6	و 6	ⲋ 6	ϛ 6	ϛ 6 Π I 6	VI	
''''''' 7	ז 7	ܙ 7	ز 7	ⲍ 7	ζ 7	ζ 7 Π II 7	VII	
'''''''' 8	ח 8	ܚ 8	ح 8	ⲏ 8	η 8	η 8 Π III 8	VII	
''''''''' 9	ט 9	ܛ 9	ط 9	ⲑ 9	θ 9	ϑ 9 Π IIII 9	VIII	
' 10	י 10	ܝ 10	ي 10	ⲓ 10	ι 10	ι 10 Δ 10 / ιε Δ Π 15	IX	IX
'' 11	כ 20	ܟ 20	ك 20	ⲕ 20	κ 20	κ 20 Δ Δ 20 / κε Δ Δ Π 25	X 10	
''' 12	ל 30	ܠ 30	ل 30	ⲗ 30	λ 30	λ 30 Δ Δ Δ 30 / λε Δ Δ Δ Π 35	XX 20	
'''' 13	מ 40	ܡ 40	م 40	ⲙ 40	μ 40	μ 40 Δ Δ Δ Δ 40 / με Δ Δ Δ Δ Π 45	XXX 30	
''''' 14	נ 50	ܢ 50	ن 50	ⲛ 50	ν 50	ν 50 [Δ] 50 / νε [Δ] Π 55	XXXX 40	XL
'''''' 15	ס 60	ܣ 60	س 60	ⲝ 60	ξ 60	ξ 60 [Δ] Δ 60 / ξε [Δ] Δ Π 65	L 50	
''''''' 16	ע 70	ܥ 70	ع 70	ⲟ 70	ο 70	ο 70 [Δ] Δ Λ 70 / [Δ] Δ Δ Π 75	LX 60	
'''''''' 17	פ 80	ܦ 80	ف 80	ⲡ 80	π 80	ϖ 80 [Δ] Δ Δ Δ 80	LXX 70	
''''''''' 18	צ 90	ܨ 90	ص 90	ⲣ 90	ϟ 90	ϟ 90	LXXX 80	
'''''''''' 19	ק 100	ܩ 100	ق 100	ⲥ 100	ρ 100	ρ 100 Π Δ Δ Δ Δ 90	LXXXX 90	XC
''''''''''' 20	ר 200	ܪ 200	ر 200	ⲧ 200	σ 200	σ 200 H 100	C 100	
'''''''''''' 30	ש 300	ܫ 300	ش 300	ⲩ 300	τ 300	τ 300 HH 200	CC 200	
''''''''''''' 40	ת 400	ܬ 400	ت 400	ⲫ 400	υ 400	υ 400 HHH 500	CCC 300	
'''''''''''''' 50	ך 500	ܟ 1000	ث 500	ⲭ 500	φ 500	φ 500 HHHH 400	CCCC 400	CD
''''''''''''''' 60	ם 600	ܡ 10000	خ 600	ⲯ 600	χ 600	χ 600 [H] 500	D 500	
'''''''''''''''' 70	ן 700	ܢ 1000000	ذ 700	ⲱ 700	ψ 700	ψ 700 H 600	DC 600	
''''''''''''''''' 80	ף 800	ܣ 10000000	ض 800	ϣ 1000	ω 800	ω 800 [H] HH 700	DCC 700	
	ץ 900	& sic in infinitum.	ظ 900	ϩ 2000	& cæteta.	[H] HHH 800	DCCC 800	
	ק 1000		غ 1000	ϫ 10000		α ϡ 1000	DCCCC 900	CM
& sic de cæteris.				ϭ 100000		[X] 5000	M 1000	
				ϯ 1000000		M 10000		

Link Collection Indiana. Copyright © 2010 Trustees of the Indiana University of the Indiana University Libraries. Contact: IP Policy

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a

Rusticorum modus computandi.

Literarum pro numeris introductio.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

oſtendunt nonnulla tum in Geneſi, tum in pſalmis potiſſimum threniſque obſeruata numerica per literas paradigmata: Inchoant enim vel membra vel hemiſtycha verſuum iuxta ſeriem literarum Alphabeti: hoc pacto diſtinguuntur pſalmi 111. & 112. vel inchoant integros pſalmorum verſus, vti videre eſt, pſalm. 25. 34. & 145. vel vt in pſal. 37. Singulæ literæ duos verſus ſimul, cum nonnulla tamen varietate, exordiuntur: In pſalmo 119. ſingulæ literæ octonos verſus ordine inchoant, vndè totidem octonarios is pſalmus habet, quod apud Hebræos ſunt literæ, nimirum 22. & ab Hebræis vocantur ראשי תבות. *raſche theuoth*, id eſt, capita vocum, à Græcis ἀκροστιχίδες. id eſt verſuum initia. Inuenitur & hoc acroſtichidum genus in threnis Ieremiæ, quæ ab interprete lamentationes redduntur: Nam in quatuor quidem capitibus primis literarum Alphabeti, ἀκροστιχὶς μονόστιχος reperitur, vbi videlicet ſingulæ literæ verſus ordine inchoant; in tertio verò capite eodem ἀκροστίχις eſt ἑξάστιχος eò quod ſingulæ literæ in tribus verſibus ordine ſint initiales. Maximè verò in hoc numerico ſcribendi genere claruerunt, quos Hebræi, המקובלים. vulgò Cabaliſtas, ſecretiorum in Sacra Scriptura occurrentium ſenſuum interpretes vocant, qui in hoc toti ſunt, vt myſteria ſub ſacris paginis abdita per numeros ſub literis Hebraicis, καὶ τὴν ἰσοψηφίαν, eruant. Verùm de hiſce multis varijſque modis exempliſque demonſtrata, vberrimè profert Tom. II. Oedipi. Syntagm. de Hebræorum Cabala. Quid verò & quales ſint hi numeri ἰσόψηφοι, poſteà dicetur. Nos igitur ad in-

Numerus pſalmorum per literas Hebraicas indicatur.

Cabaliſtarũ numerandi ratio.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a

institutum nostrum reuertamur.

Dispositio numerorum iuxta Alphabeta.

Primò itaque, Hebræorum cæterorumque Orientalium mos fuit, vniuersas numerorum series, nouenaria distributione, veluti in classes quasdam disponere; quarum prima quidem ἐννεὰς μονάδων, id est nouenaria vnitatum, & primas nouem literas continet, modo non Hebræis tantùm, sed & Chaldeis, Syris, Arabibus, Coptis, Græcis, Æthiopibus, Armenisque vsitato, vt in epilogetico numerorum omnium diuersis gentibus & nationibus vsitatorum Abaco ζωοποιικῶς patet. Altera Classis nouenaria est denariorum, siue ἐννεὰς τῶν δεκάδων. Tertia Classis est, nouenaria centenariorum, & est ἐννεὰς τῶν ἑκατονταδῶν. Quarta est ἐννεὰς μυριάδων, id est nouenariorum classis millenariorum; atque hisce omnes numerorum series exprimere solent.

ἐννεὰς I. μονάδων. siue Nouenaria vnitatum.

א	ב	ג	ד	ה	ו	ז	ח	ט	י	כ	ל	מ
1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	20	30	40

ἐννεὰς II. δεκάδων. siue Nouenaria denariorum.

נ	ס	ע	פ	צ	ק	ר	ש	ת	ך	ם		
50	60	70	80	90	100.	200.	300.	400.	500.	600.		

ἐννεὰς III. ἑκατονταδῶν. siue Nouenaria centenariorum.

ן	ף	ץ	א̇	ב̇	ג̇	ד̇	ה̇	
700.	800.	900.	1000.	2000.	3000.	4000.	5000.	

ἐννεὰς IV. μυριάδων. siue Nouenaria millenariorum.

ו̇	ז̇	ח̇	ט̇
6000.	7000.	8000.	9000.

Hoc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

Hòc pacto Annum præsentem Christi notamus hisce numericis literis אששם. vel sic: אסם. 1665. Chaldæorum verò, Syrorum, Coptorum, Arabum cæterorumque in Nouenariorum, id est, ἐνιάδων dispositione. Modum & rationem vide in citata paulò ante tabula omnium combinatiua numerorum. Quare ad Græcorum ψηφολογίαν progrediamur.

CAPVT II.

De Græcorum veterum notis numericis, earumque fabrica.

QVantum ex Homeri cœterorumque Poëtarum monumentis explorare valuimus, eos omnes, suos libros iuxta Alphabeti Græci literas disposuisse reperio; & ex Iliadum Homericis 24. libris luculenter patet, qui à veteribus Grammaticis, & vti plerique putant, ab Aristarcho ita dispositi fuere, vt primus Liber inscriberetur Αλφα; Secundus βῆτα; Tertius γάμμα, atque hoc pacto sequentes libros singulos sua numerica litera signabant; quas & ὑπογραφὰς τῶν βιβλίων appellabant. Inueniuntur deindè in vetustis Manuscriptis Codicibus subindè dicti libri alio modo citati, videlicet: $\bar{\alpha}$.ον; $\bar{\alpha}$.τυ $\bar{\alpha}$.τῶ Dico huiusmodi signa nil aliud esse, quàm βραχυγραφίαν quandam, qua per abbreuiationem dictos Libros allegant: hoc enim pacto per $\bar{\alpha}$ lineatum ἄλφα, per annexum verò ον, $\bar{\alpha}$ ον primum Librum, βιβλίον πρῶτον;

Libri Homeri qualibus numeris signarentur.

per

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

per α̅.τȣ Genitiuum; per α̅.τῳ Datiuum innuebant; In secundi verò libri citatione, τ.ȣν β.τȣ β.τῳ secundum Librum se allegare, pro phrasis necessitate, significabant, quæ hic apponenda duxi, vt Lector, si quandoque huiusmodi Manuscripta voluerit, quo ab huiusmodi nodis sese extricet, habeat. Sed iam ad reliqua progrediamur.

Græcorum veterum in numerorum dispositione modus.

Quomodò itaque Græci veteres suos numeros per Alphabeti literas exhibuerint, Tabula numerorum combinatoria exactè demonstrat: ab α siquidem vsque ad quinarij notam, monadum additione I. II. III. IIII. vtebantur: nè verò hæ plus æquo multiplicatæ confusionem parerent, quinarium loco quinque vnitatum, per Π, quæ est initialis litera vocis πέντε, expressere, cui denuò adnectebant easdem vnitatum lineolas vsque ad denarium, cuius loco substituebant literam Δ, initialem videlicet literam vocis δέκα: Sequentes posteà denarios exhibituri, vicenarium exprimebant duobus Δ Δ, tricenarium tribus Δ Δ Δ. quadragenarium quatuor Δ Δ Δ Δ. quinquagenarium verò [Δ], quasi diceret πέντε δέκα, signabant; & hoc ordine per continuã πέντε δεκάδων additionem, numerum producebant vsque ad centum; quem numerum per H exprimebant. Cur vero hunc centenarium numerum per literam H (quæ secundum ordinem literarum Alphabeti Græcanici aliàs non nisi Octonarium notat) expresserint, ideò factum est, quod hæc litera, duplici litera Π constet, vna recta, altera inuersa & supina Ц, quæ simul iuncta, 100 significant, ex quibus nota hæc centenaria H conficitur.

Π Quinarij nota & cur.

Δ Denarij nota & cur.

H Cur 100 notaret.

qua-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

quarum vtrique si Δ inclusum imagineris (quarum tamen additionem data opera compendij causa neglexisse videntur) emergent duo quinquagenarij, quibus vna ἑκατονὰς siue centenarius haud incongruè exprimitur. Qui verò hanc centenarij notam ab initiali litera ἥκατον, quod Ionicè centum significare putant, originem suam sumpsisse volunt, audiendi non sunt, cum ἑκατον vox in omni Græcorum Dialecto, nunquam cum H. scripta reperiatur. Atque ex huius notæ repetita additione vsque ad 500, quæ hac nota signabant H quasi diceres, πέντε ἑκατονὰδες, ad millenarium vsque pertingebant, quem ab initiali voce χίλια, quod mille notat, X nota exprimebant, & hac identidem repetita vsque ad 5000. millia, quæ hac nota ⊠ signabatur, quasi diceres πέντε χίλια, & tandem vsque ad 10000, quæ M litera initiali Μυρία exprimitur, procedunt; & hinc noua denuò monadum, decadum, hecatontadum, schiliadum myriadumque additione, numerorum ordo paulatim in infinitum propagatus, sub sex simplicibus notis, omnem veterum Græcorum computum comprehendit, & sunt sequentes.

1.	I. vnitas.
5.	Π. ab initiali litera πέντε.
10.	Δ ab initiali litera Δέκα.
100.	H. à duobus ΠΠ. recta & inuersa.
1000.	X. ab initiali litera Χίλια.
10000.	M. ab initiali litera Μυρία.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

Epilogiſmus Græcæ ψηφολογίας iuxta ſuas enneades diſpoſitus.

Primus Modus.

I. ἐννεὰς μονάδων. Nouenarius vnitatum.

α	β	γ	δ	ε	ϛ	ζ	η	θ
1	2	3	4	5	6	7	8	9

II. ἐννεὰς δεκάδων. Nouenarius denariorum.

ι	κ	λ	μ	ν	ξ	ο	π	ϟ
10	20	30	40	50	60	70	80	90

III. ἐννεὰς ἑκατοντάδων. Nouenarius Centenariorum.

ρ	σ	τ	υ	φ	χ	ψ	ω	ϡ
100	200	300	400	500	600	700	800	900

IV. ἐννεὰς χιλιάδων. Nouenarius Millenariorum.

α,	β,	γ,	δ,	ε,	ϛ,	ζ,	η,	θ,
1000.	2000.	3000.	4000.	5000.	6000.	7000.	8000.	9000.

V. ἐννεὰς δεκαχιλιάδων. Nouenarius 10. millenariorum.

ι,	κ,	λ,	μ,	ν,	ξ,	ο,	π,	ϟ,
10000.	20000.	30000.	40000.	50000.	60000.	70000.	80000.	90000.

VI. ἐννεὰς μυριάδων. Nouenarius 100. millenariorum.

ρ,	σ,	τ,	υ,	φ,	χ,	ψ,	ω,	ϡ,
100000.	200000.	300000.	400000.	500000.	600000.	700000.	800000.	900000.

Apud Herodianum numerorum Græcorum diſpoſitio,

Herodianus Grammaticus Græcus habet & notas alias ſex numerorum Græcis vſitatas, quæ à literis initialibus ferè ſumuntur, quæ omnes quater vicibus ſuæ ſyzigæ

notæ,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

notæ, idque bis in ſua Claſſe enneadica ſiue nouenaria ad dextram adduntur, vt ſequitur:

Alius Græcis vſitatus Numerorum Epilogiſmus.

ἑνιεὰς 1. Vnitatum.								
I	II	III	IIII	Π	ΠI	ΠII	ΠIII	ΠIIII
1	2	3	4	5	6	7	8	9
ἑνιεὰς 2. Denariorum.								
Δ	ΔΔ	ΔΔΔ	ΔΔΔΔ	[Δ]	[Δ]Δ	[Δ]ΔΔ	[Δ]ΔΔΔ	[Δ]ΔΔΔΔ
10	20	30	40	50	60	70	80	90
ἑνιεὰς 3. Centenariorum.								
H	HH	HHH	HHHH	[H]	[H]H	[H]HH	[H]HHH	[H]HHHH
100	200	300	400	500	600	700	800	900
ἑνιεὰς 4. Millenariorum.								
X	XX	XXX	XXXX	[X]	[X]X	[X]XX	[X]XXX	[X]XXXX
1000	2000	3000	4000	5000	6000	7000	8000	9000
ἑνιεὰς 5. Decemmillenariorum.								
M	MM	MMM	MMMM	[M]	[M]M	[M]MM	[M]MMM	[M]MMMM
10000.	20000.	30000.	40000.	50000.	60000.	70000.	80000.	90000.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a

Exempla ex Authoribus deprompta.

Numerus populi ab Augusto recogniti.

Suidas de Augusto populum recensente ait: ἀρέθη-σαν οἱ τῶν Ρωμαίων οἰκοῦντος νῦ μυριάδες καὶ χίλιοι ἑζ ἄνδρες: *inuenerunt sexcentas myriades & 17. viros*, quæ nostro computo faciunt 4101017. id est, quadragies semel centum mille & 17. viros, vel quatuor milliones, & centum & vnum, & 17. viros. Iosephus lib. 2. cap. 4. numerum Iudæorum à Captiuitate Babylonica in Iudæam redeuntium fuisse μυριάδες υξ βκ̃ ὀκτακισχίλιοι præter Lævitas, id est, 4628000, quatuor milliones, & sexcenta viginti octo millia.

Numerus Iudæorum in captiuitate Babylon.

CAPVT III.

De ἰσοψηφία Numerorum.

ἰσοψηφία numerorum quid?

INueniuntur & apud Græcos Numeri, quos ἰσοψηφους, id est, æqualis calculi, vocant, quos ab Hebræis desumpserunt; consistebant autem hi numeri in eo, quod inuentis duobus nominibus in numeris resolutis, ex æqualitate numerorum, ex huiusmodi diuersis nominibus resultantium, ad aliquid vel bonum vel malum ingeniosè alluderent, & Cabalistis maximè in vsu est; Sed nonnulla exempla subiungamus.

13. Cap. Apocalypsis sic habetur: *Qui mente præditus est, computet numerum bestiæ, numerus enim eius est* χ ξϛ, 666. Dici non potest, quantum hic numerus multorum Interpretum torserit ingenium: adeo

vt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

vt Interpretes ad vnum ferè omnes hunc locum κ̃ τὰ ἰσοψηφίαν expediendum existiment. Hæretici nullum non lapidem mouent, quàm vt hunc numerum Romano Pontifici, quem Antichristum vocant, applicent, & putant se id ostendere in duobus nominibus: Λατινῶν & hebraicè רומיית. quæ resoluta in numeros dant 666, vti hic patet.

Λ	30	ר	200
A	1	ו	6
T	300	מ	40
E	5	י	10
I	10	י	10
N	50	ת	400
O	70		
Σ	200		
	666		666

Sed hi quidlibet ad hoc adstruẽdum, mirum in modum tortum assumunt, vt suis id persuadeant, vt in hoc exemplo Hebraicis notis exhibito patet, vbi Romij, Romanum indicant, id est Pontificem; sed cum numerum 666. reperire nequirent, apposuerunt illi in fine ת. notam 400. Sic ex Romij רומיית. fecerunt Romijth, atque aduerbialiter nihil aliud significat, quàm Romanè, quod vti nihil significat, id risum quoque sapientibus mouet. Catholici verò & orthodoxi ridentes hanc rationem, quàm illi contra Romanum Pontificem machinabantur, eam in Lutherum & Caluinum retorserunt. In nomine enim לותרו, Italica pronunciatione idem numerus Apocalypticus, continetur, vti & in patriæ nomine Lutheri Σαξόνας, fuit enim Saxo. Vide Bellarminum lib. de Antichristo de his fusius agentem.

Poé-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

Σ	200	ל	30
A	1	ו	6
Ξ	60	ת	400
O	70	ר	200
N	50	ו	666
E	5		
I	10		
O	70		
Σ	200		
	666		666

Poëtas veteres hoc numerico ænigmatum genere delectatos, docent nonnulla exempla: Aristides volens Damagoram bipedum nequissimum indicare, id ingeniosè sanè per ἰσοψήφους numeros præstitit, dum eum peste perniciosiorem vocat, ex voce Λοῖμος quæ pestem significat allusione facta; vtraque enim vox in numeros resoluta Δαμαγόρας & Λοῖμος eundem numerum prodit: Sic nonnemo Nilum cum Meno fluuio comparaturus, inuenit Νεῖλος & Μένος, κατ' ἰσοψηφίαν numerorum respondere, vtpote quorum vtrumque nomen faciat 365. tot nimirum, quot annus integer Solaris dierum est.

Δ	4	Λ	30	N	50	M	40
A	1	O	70	E	5	E	5
M	40	I	10	I	10	N	50
A	1	M	40	Λ	30	O	79
Γ	3	O	70	O	70	Σ	200
O	70	Σ	200	Σ	200		
P	100						
A	1						
Σ	200						
	420		420		365		365

Tale est, quod in Oraculis Sybillicis legitur de Nomine IESV, his verbis, & erit numerus eius monadum, deca-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a

decadum & hecatontadum octo, id est: 888. in talem enim numerum resoluitur nomen ΙΗΣΟΥΣ.

Ι	10	Quo genere numerorum & veteres Latinos
Η	8	vsos fuisse, monstrauit Iouis Simulacrum,
Σ	200	quod ita effectum fuisse tradunt veteres Ro-
Ο	70	manarum antiquitatum Scriptores, vt in
Υ	400	dextra quidem manu Υ, in sinistra verò ξ,
Σ	200	literas præferret, quæ in numeros ἰσοψήφους re-

soluta dant 365. quod videlicet annus, cui præesse putabatur Ianus, tot idem dies contineret. Vide de hoc Suidam, voce γεννατά. Plinius quoque lib. 34. cap. 7. de Iano sic loquitur: *Præterea Ianus geminus à Numa Rege dicatus, qui pacis bellique tempore argumenta colitur, digitis ita figuratis, vt trecentorum quinquaginta quinque nota per significationem anni, temporis & aui se Deum indicaret, qui tamen per numeros non tam Solarem, quàm Lunarem annum, vtpote qui duodecim lunationibus constet, intelligit: quemadmodum per prius simulacrum, annum Solarem expressit;* Cum verò annus Solaris sit 365. dierum, videtur mendum commissum in Plinio, qui pro anno Solari habet 355. (nisi forsan Ἐμβολισμικὸν annum intellexerit) nam 354. annum Lunarem conficiunt.

Sed iam ad ἰσοψήφους nominis Antichristi, quod cum numerum 666. contineat, mirè se primæui ac sequentium sæculorum Scriptores Irenæus, Arethas Cappadox, Primasius, Ticinius, & Rupertus Abbas, in dicto iam numero ex varijs nominibus educendo exercuerunt; sed vt rei veritatem fatear, parum hic, quod ad rem

sa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

faciat, elicere possumus; Cum idem hic numerus non impio tantum Antichristo, sed & Sacris, & Diuinis nominibus applicari possit; imò Sacratissima nomina inueniri queant, quæ hunc in se numerum contineant, vt multis hoc loco demonstrare possem, si Diuinæ gloriæ hoc nomine non me obsuturum crederem.

Sed apponamus tamen nomina Antichristi, καὶ τὴν ἰσοψηφίαν, in 666. resoluta.

Nomina Antichristi, quibus Apocalypticus numerus 666. conuenit, ex Irenæo, Aretha Cappadoce, Primasio, Ticinio, Ruperto Abbate extracta.

Et erit numerus bestiæ sexcenta sexaginta sex.

Ευανθὰς	Euandas	Ἄνθεμος	Inclytus
Λατεῖνος	Latinus	κακὸς ὁδηγὸς	malus dux
Τεῖταν	Sol Titan	Αληθὴς βλαβερὸς	verus noxius
Αρνῆμαι	Nego	πάλαι βασανὸς	iterata inuidia
Λαμπέτης	Splendor	Αμνὸς ἄδικος	agnus iniustus
Νικίτης	Victor	Γενσηρίκος	Gensericus

Μαομέτις. Mahumed
Σαξόνειος. Saxo
LVpVs pICarDVs. id est Caluinus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a

Ισοψηφία ſeu Reſolutio in numeros.

1		2		3		4		5		6	
Ε	5	Λ	30	Τ	300	Α	1	Γ	3	Α	30
Υ	400	Α	1	Ε	5	Ρ	100	Ε	5	Α	1
Λ	1	Τ	300	Ι	10	Ν	50	Ν	50	Μ	40
Ν	50	Ε	5	Τ	300	Ο	70	Σ	200	Π	80
Θ	9	Ι	10	Α	1	Υ	400	Η	8	Ε	5
Α	1	Ν	50	Ν	50	Μ	40	Ρ	100	Τ	300
Σ	200	Ο	70			Ε	5	Ι	10	Ι	10
		Σ	200					Κ	20	Σ	200
								Ο	70		
								Σ	200		
666		666		666		666		666		666	

7		8		9		10		11		12	
Κ	20	Α	1	Π	80	Λ	1	Α	1	Μ	40
Α	1	Λ	40	Λ	1	Μ	40	Ν	50	Α	1
Κ	20	Η	8	Δ	30	Ν	50	Τ	300	Ο	70
Ο	70	Θ	9	Α	1	Ο	70	Ε	5	Μ	40
Σ	200	Η	8	Ι	10	Σ	200	Μ	40	Ε	5
Ο	70	Σ	600	Β	2	Α	1	Ο	70	Τ	300
Δ	4	Β	2	Α	1	Δ	4	Σ	200	Ι	10
Η	8	Λ	30	Σ	200	Ι	10			Σ	200
Γ	3	Α	1	Κ	20	Κ	20				
Ο	70	Β	2	Α	1	Ο	70				
Σ	200	Ε	5	Ν	50	Σ	200				
		Ρ	100	Ο	70						
		Ο	70	Σ	200						
		Σ	200								
666		666		666		666		666		666	

Hæc ſunt nomina beſtiæ Apocalypticæ numero inſignita, quorum innumera alia ab ijs, quibus ſat temporis & otij eſt, iam adductis haud ſimilia reperiri poſſunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

Certè Mahumedani ex ſua ſecretiori Diuinorum Cabala, horrendis ſuperſtitionibus referta: Nomine Diuino ΨΙΙ ἰσοψηφίας reſoluto hunc numerum educunt, vti vides.

و	6
س	60
خ	600
	666

Eſt autem hoc nomen deductum ex initialibus literis Diuinorum nominum, quæ promiſſam celſitudinem ſponſi denotant, vt in ſequenti exemplo patet. ex quibus deindè magica ſua ſigilla, vti Cabala Saracenica Oedipi Aegyptiaci fusè oſtẽdimus, conficiunt.

و	س	خ
واعد	صرف	حطيت
ſponſus.	celſitudo.	promiſſor.

Verùm vti hæc omnia nomina ἀδιάφορα ſunt, & ad ſacra & profana, mala & bona facilè accommodari poſſunt, neque quicquam ingenij aut ſubtilitatis obtinent, ita quoque magnis myſterijs turgida credere, non niſi inſenſatæ mentis eſſe reor. Verùm cum de huius ἰσοψηφίας vanitate in ſequentibus copioſior detur ratiocinandi materia, illuc Lectorem remitto.

CAPVT IV.

De priſcis Latinorum notis Arithmeticis, earumque origine & fabrica.

DVplex numerorum forma hodiè apud Latinos Arithmeticarum rerum Scriptores in vſu eſt: Prior antiqua, altera poſteris temporibus introducta.

Prior

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

Prior ſeptem literis ex Alphabeto Latino depromptis conſtat; quibus omnis qualiſcumque tandem numerus exprimitur: & ſunt: I V X L C D M. qui, vti veterum Romanorum Inſcriptiones docent, vnà cum Latina lingua nati, in hæc vſque tempora durant. Altera à Mathematicis, poſteris, vti dixi, temporibus introducta, adeò vbique locorum percrebuit, vt plerique neglectis veterum Romanorum maiuſculis numeris (qui vti ad magnarum calculationum rationes cum facilitate expediendas non adeò idonei videbantur, ita non niſi Chronographicis inſcriptionibus, politioriſque literaturæ viris reſeruantur) ſolis minuſculis, videlicet zyphris, tum Mathematici, tum mercatores, & quicumque tandem quidpiam numeris conſignare volunt, vtantur. De priori numerorum Inſtituto primò, deindè de poſteriori, cuius originem potiſſimum inquirendam duximus, nonnihil dicemus.

7. literis Latinorum veterum omnis numerus exprimitur.

Originem antiquorum numerorum Priſcianus & Valerius Probus, teſte Scaligero, ſic deſcribunt: vnitatem litera I. notabant, quam in quinarium vſque excluſiuè repetebant IIII. quinarium ſcribebant per V. non vti nonnulli arbitrantur, quod dimidia pars eſſet denarij numeri X, neque idcircò, quod olim hunc numerum ſcripſerant per QV, & poſteà Q, remanente V. ſuſtuliſſent; ſed quod quintum inter vocales A E I O V locum poſſideret. V itaque litera quinarium ſignificabat, cui vnitates ad denarium vſque numerum apponebant. VIIII; Denarium verò numerum notabant litera X. eó quod in Alphabeti ordine ſtatim poſt literam

Origo Latinorum veterum numerorum.

Origo numeralis notæ X V D. M.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

V ſequeretur; pari conſilio centenarium numerum cum ſtatuiſſent per C, ſequenti litera D quingenarium depoſuere, vel quia immediatè C in ordine Alphabeti ſequitur, vti Probus vult; vel vt alijs placet, eò quod inter D & M, quod mille ſignificat, à D videlicet ad M vſque, quinque literæ intercedant, hoc pacto: D, e, f, g, i, l, M. (litera enim h, vti aſpirationis nota eſt, ita inter literas non adnumerabatur); vel vt Scaliger dicit, quod D ſit capitalis litera nominis Dimidium, quod dimidium millenarij numeri ſignificat; plerique tamen Centenarij numeri notam C, à prima litera Centum, vti millenarij numeri notam M, ab initiali numero Mille, & quingenarij numeri notam D, à dimidio millenarij, id eſt (vti ſuprà diximus) ab initiali litera vocis Dimidium, acceptam volunt; quinquagenarij verò numeri notam L, non à nomine, ſed ex Græcorum inſtituto excogitatam fuiſſe, Priſcianus autumat; nam vti per N, quinquaginta exprimebant, ita priſci Latini, qui huius elementi loco ponebant identidem L, vt Lympha pro Nympha, Græcos imitati, in hunc quoque vſum L pro N ſubſtituere; quamquam hæc ratio multis diſpliceat, de quibus vide Matthæum Hoſtium. Quidquid ſit, ex hiſce patet, priſcis Romanorum temporibus numerorum notas adhuc imperfectas fuiſſe, adeò vt Romani huiuſmodi numerorum ope, annos conſulares clauis fixis, ſicuti & Volſci in Templo Nortiæ Deæ Hetruſcæ, vti Plin. l. 7. c. 40. tradit, notare conſueuerint, eò quod raræ tunc temporis literæ fuiſſent. Quamobrem melioribus numerorum notis non occurren-

Origo literalis, notæ L

Clauorum fixio per numeros olim Romæ vſitata.

rentibus, ex vetusta lege Prætor maximus Clauum figebat, quæ figendi Claui lex deindè reuoluta ad Consules, & denique ad Dictatorem, magnis ritibus & cærimonijs peragebatur; de quibus vide Rosinum, Lipsium, Alexandrum ab Alexand. aliosque Antiquitatum Romanorum Scriptores. Veruntamen vt dicta liquidius intelligantur, hic Prisciani verba adducenda duxi, ex quibus facilè intentum nostrum patebit. *Hos igitur Latini quoque in plerisque imitati sunt: nam per* I. *vnum notant, illos secuti. Quinque per* V. *quia quinta est vocalis* A E I O V. *decem per* X. *quia decima est consonans apud Græcos;* β γ δ. ζ. θ. κ λ. μ. ν. ξ. *vel quod post* V *apud Latinos* X *sequitur; quinquaginta per* L, *quia apud antiquos Græcos* L *pro* N. *quæ nota est quinquaginta, ponebant, teste Apollonide, & Lucio Tarrheo, vnde Latini quoque Lympha dicunt pro Nympha, aquam vel fontem volentes monstrare: Virgil. in primo Aeneid.*

Dant famuli manibus lymphas Cereremque canistris.

Centum autem per principalem nominis literam C. *quingenta per sequentem literam consonantem, nam post* C. D *sequitur. Mille secundum Atticos per* X *Græcam, sed vt sit differentia ad decem, circumscriptis lateribus* CXD. *Quinque millia per* I. *& duas à dextra parte apostrophos,* IↃↃ. *Decem millia per supradictam formam, additis in sinistra parte contrarijs duabus notis, quàm sunt apostrophi* CCIↃↃ. *& hoc ad imitationem Græcorum, qui* μυρία *vnius nota, subdita linea, nunc quoque scribunt sic* I. *Quinquaginta mil.*

Varia veterum Latinorum in numeris dispositio.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a

millia per I mediam, & tres in dextra parte apostrophos IƆƆƆ. *Centum millia per* I. *mediam, & tres in dextra parte apostrophos & in sinistra totidē contrarias* CCCIƆƆƆ. *Vel quod verisimilius est, decem millia notantur per* M. *circumscriptam ex vtroque latere, sic* CMƆ. *quomodo mille per* X *circumscriptam ex vtroque latere, sic* CXƆ *& hoc ad imitationem Græcorum, qui χιλίοι eam literam habent principalem sui nominis. Sed differentiæ causa media linea altior facta est, quia millies quoque mille per* M *circumscriptam solet notari, sic* CMƆ, *ergò quinque millia cum sint dimidia pars decem millium, dimidiam partem Scripturæ seruauerunt sic:* IƆƆ. *quomodo quinquaginta millia dimidia pars centum millium, qui numerus per eandem notam decem millium scribitur, additis tamen ex vtroque latere singulis circumscriptionibus* CCCIƆƆƆ. *Quingenta millia per* QƆ. *quod est initium nominis, & apostrophen. Mille similiter millia per* M, *vnde incipit nomen ex vtraque parte circumscriptam, vt* CMƆ, *& sic* CCM. Verùm cum hæc multum confusa sint, & vix perfectus indè sensus grauium Authorum iudicio elici possit, ea nos ad veterum mentem paulò luculentius clariusque exponemus.

CAPVT V.

Numerorum, quibus prisci Latini vtebantur, fabrica.

DIximus in præcedenti Capite, Veteres Latinos, septem potissimum ex Alphabeto in numerorum sub-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

subsidium depromptis literis, vsos fuisse, vt sunt: I V X L C D M. quibus itidem variè repetitis, mixtis, ritèque compositis, omnes qualescumque tandem obuiæ numerorum series exprimuntur; & pulchrè sanè numerorum computationi ψηφολογιᾶ, quæ calculis peragitur, quadrant; ita vt perpetuò vel in quincuplum, vel in decuplum ἐναλλὰξ hoc est, alternis auctæ assurgant; & primæ quidem duæ notæ I & V. augmento seruiunt enneadi primæ per additionem Vnitatum, alteræ duæ notæ X & L augmento enneadi denariæ; tertiæ verò notæ enneadi centenariæ; ita vt in monadicis semper post V. quatuor Vnitates; in decadicis quatuor X post L: in centenarijs quatuor CCCC post D, vti in hoc Schemate patet. Dispositio Enneadum.

Seruiunt { Enneadi Monadum. I. II. III. IIII. V. VI. VII. VIII. VIIII.
Enneadi Decadum. X. XX. XXX. XXXX. L. LX. LXX. LXXX. LXXXX.
Enneadi hecatontadũ. C. CC. CCC. CCCC. D. DC. DCC. DCCC. DCCCC. }

Septima tandem seu vltima nota M. nota millenarij, quocumque modo, siue à dextris, siue à sinistris, alijs numeris ante vel postposita, suum semper tuetur valorem, vti MDLX. exprimuntur mille quingenta sexaginta: Sic vero posita, DLXM, idem faciunt, quod quingenta sexaginta millia. Sed iam ad fabricam & constitutionem horum numerorum propiùs accedamus.

In præcedentibus nonnulla de causis & rationibus harum notarum ex Prisciano & Valerio Probo tradidimus: Verùm cum illæ melioris notæ Authoribus non sufficiant, haud dubiè alia ratio latet, qua veteres moti

hasce

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

Fabrica notarum numeralium apud Veteres.

hasce simpliciores notas excogitarint : neque enim propriè literæ ex Alphabeto Latino depromptæ dici possunt, ex eo capite, quod I, non primum, sed nonum in Alphabeto locum obtineat; neque V. cum illa vigesima in ordine literarum sit; neque X, cum illa vigesimum primum in ordine locum obtineat, & proindè decem significare non potest ; neque L, cum illa vndecimum in Alphabeto locum teneat, literæ propriè dici possunt. Quæcumque itaque Priscianus de harum notarum causis profert, non solùm longè petita sunt, sed & meliorum Authorum iudicio, nulla iusta & benè fundata ratione nituntur. Hæc dum & ego penitius mecum expenderem, vidi tandem idem fecisse prorsus veteres Latinos, quod Hebræos primæuos, cæterasque gentes rerum adhuc inexpertas, in numerorum constitutione præstitisse suprà diximus. Quocirca I nota vnitatis, nihil aliud, quàm vnum quid significat, & monadis officio fungitur, quæ duplicata, II reddebat vnitates; triplicata, III, quadruplicata IIII. Nè itaque vnitates nimio incremento confusionem inducerent, Latini veteres, quinto quoque loco, Græcos secuti, suas numerorum notas mutarunt : vndè hæc V, quinarij nota est altera, quæ quinque significat, & ad I relata, est quincupla, & constructionem suam habuit à prima nota I. geminata, & ad pedem iuncta, quæ angulum rectilineum acutum referat : hanc V. quinarij notam ex medietate decussis natam βραχυγραφίας ergo, loco IIIII vnitatum posuerunt; quam continua vnitatum additione ad denarium vsque prouexerunt, vti ex primo enneadis monadicæ

Origo V.

I
V
X

pro-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

processu patet. Iterum X nota denarij non aliundè deducta videtur, nisi ex duarum linearum vnitarum decussatione, cuius medietas V quinarij notam refert; vndè vox decussis & decussare emersit, videlicet omnis illa figura ex duarum intersectione linearum nata, quam identidem multiplicantes vsque ad 50, nè nimiam incremento huius notæ confusionem pareret, hanc intulere notam L, quæ ex duabus lineis in extremitate vtriusque in vnum iunctis, L constituit, numero in quincuplum aucto, estque nota particularis ex prima nota I geminata, vna quidem recta, altera prostrata, non incongruè conflata censeri potest, ita tamen, vt duæ ad pedem in dextra parte iunctæ, rectum angulum faciant, & gnomonem erectum referant. Habemus itaque quatuor harum figurarum I V X L ex lineis constructionem. Sequitur modò Centenarij numeri nota, quam per C signant, & quamuis plerique eam ab initiali litera (Centum) originem suam duxisse velint, nihil tamen obstat, quominus & eadem ex lineis rectis constituta fuerit; Nam vt ab Hostio alijsque notatum fuit, & antiquarum Inscriptionum monumenta sat docent; in quibus nõ semper formam C refert, sed subindè hoc pacto olim scribebatur, ↄ & ex hac inscriptione à Grutero prolata patet. ⊂AI. L. MIL. F. P. vbi pro CAII ⊂AII ponit, vt proindè propter arcuati ductus facilitatem nata videri possit posterorum C. centenaria nota, quam veteres, Hostij iudicio, ex I vnitatis nota, sed triplicata componebant, & quod facilius erat, L notæ quinquagenariæ, alteram in vertice lineolam apponebant, &

L Quinquagenarij ex 2. lineis obliquè ductis nascitur

Origo & fabrica C

Origo ⊂ numeri centenarij.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

ex L 50. fiebat nota C. ↄ. centenaria 100. quam identidem multiplicantes vſque ad 500, vt inceptam quincuplam & duplam proportionem continuè ſeruarent, loco CCCCC. D notam poſuerunt, quam nos exortam putamus, non quod C literam in Alphabeto centenarij notam immediatè ſequeretur D, vti Priſcianus vult, ſed vel quod initialis litera eſſet dimidij millenarij, vti placuit Ioſepho Scaligero, vel omnium optimè, quod antiquis litera D non per arcum, ſed triangulari figura ex tribus lineis vnitatis indicibus conſtituta pingeretur, hoc pacto, ▷: & hoc verum eſſe, nonnullæ inſcriptiones apud Gruterum docent ▷.M. id eſt, Dis Manibus. Imò totius Alphabeti literas, huiuſmodi lineolarum monodicarum vario contextu, quemadmodum Hebræi ex primæuis temporibus, ſuas conſtituiſſe ſuprà oſtendimus, verò haud abſimile eſt. Quantum verò varia mentis reflexione conſequi poſſum, dicerem profecto, prima huiuſmodi elementa priſcis Latinis ab Hetruſcis primum fuiſſe communicata, & Herodotus planis id verbis ſignificat l.1. *Latinos pleraque ab Hetruſcis, vtpotè antiquioribus, accepiſſe* & literæ Hetruſcæ, quarum nonnullæ magnam cum Latinis ſimilitudinem habent, ſat ſuperque demonſtrant, vti in noſtra Hetruria, volente Deo, fusè oſtendemus.

▷ Origo numeri 500.

Lilius Giraldus alium veterum Latinorum in ſignificandis per literas numeris, modum tradit, qui vtinam etiam addidiſſet, ex quonam Authore illa extraxiſſet; hoc enim ipſo multos à varijs dubijs liberaſſet: Sunt autem ſequentes.

A.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

A. CCCCC Quingenta	$\bar{A}$ Quinque millia
B. CCC Trecenta	$\bar{B}$ Tria millia
C. C Centum	$\bar{C}$ Gentum millia
D. D Quingenta	$\bar{D}$ Quingenta millia
E. CCL Ducenta quinquaginta	$\bar{E}$ Ducenta quinquaginta millia
F. XL Quadraginta	$\bar{F}$ Quadraginta millia
G. CCCC Quadringenta	$\bar{G}$ Quadringenta millia
H. CC Ducenta	$\bar{H}$ Ducenta millia
I. I Vnum	$\bar{I}$ Millia
K. LI Quinquaginta vnũ	$\bar{K}$ 51 millia
L. L Quinquaginta	$\bar{L}$ Quinquaginta millia
M. M Mille	$\bar{M}$ Millena millia
N. XC Nonaginta	$\bar{N}$ Nonaginta millia
O. XI Vndecim	$\bar{O}$ Vndecim millia
P. CCCC Quadringenta	$\bar{P}$ Quadringenta millia
Q. D Quingenta	$\bar{Q}$ Quingenta millia
R. LXXX Octingenta	$\bar{R}$ Octoginta millia
S. LXX Septuaginta	$\bar{S}$ Septuaginta millia
T. CLX Centũ sexaginta	$\bar{T}$ Centũ sexaginta millia
V. V Quinque	$\bar{V}$ Quinque millia
X. X Decem	$\bar{X}$ Decem millia
Y. CL. Centum quinquaginta	$\bar{Y}$ Centum quinquaginta millia
Z. II Duo millia	$\bar{Z}$ bis millies mille.

Cum virgula suprapofita, millenarium numerum indicant.

Lilij Giraldi numerorũ dispositio.

Sed ad millenarium Numerum reuertamur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

Nulla numerorum nota tantam vetuſtate temporum varietatem ſubijt, quàm millenarij numeri nota.

Variæ millenarij numeri notæ.

Primò enim ſignatur litera M, quæ recentium character eſt, & originem ſuam habet ab initiali litera Mille, vti omnes ferè fatentur.

Secundò ſcribitur per duo C, quorum vnum rectum, alterum inuerſum eſt, quibus monadica nota intermediat, hoc pacto CIↃ. mille.

Tertiò ſcribitur hoc pacto, CXↃ. & pariter mille ſignificat.

Quartò ſcribitur per zyphram numeri octonarij proſtratam ∞.

Quintò ſcribitur per parenteſis notas, mediante I, hoc pacto CIↃ. vti eſt apud Paulum Manutium.

Sextò ſcripta quoque reperitur ⦶, vt eſt apud Petrum Ciacconium lib. de ponderibus & menſuris, alijſque.

Septimò per ϖ & ϖ ſcribebatur.

Octauò per ⧖ exprimebatur.

Verùm vt tandem, qua de cauſa tanta varietas emerſerit, & vndè originem ſuam hauſerit, cognoſcatur, rem paucis verbis exponam.

Cur itaque primò per CIↃ. mille ſignificauerint veteres, id factum eſſe puto, quod primi hanc notam per duplex D D. millenarij notam expreſſerint, quæ ſucceſſu temporis ſublata linea D claudente figuram, I mediam inter duo CIↃ reliquerit; & hoc ita factum fuiſſe quàm luculentiſſimè demonſtrat hæc millenarij

nota

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

nota ⊕, quæ nihil aliud est, quam duorum ⊃D vnius inuersi, alterius recti in vnum coniunctio, vndè character ⊕ emersit; Habes itaque hic originem notæ millenariæ ↃIↃ.

Quàm verò originem habeat hæc millenaria nota ↃXↃ. iuxta Hostij mentem explico, & dico eandem esse, quam præcedentem: Cum enim millenarius apud Græcos Atticos per X scriberetur, videlicet ab initiali litera vocis χίλια, quod mille ijsdem significat, constituto charactere; & Romani in suum eam censum receperunt, & ne is cum X denarij nota confunderetur, eũ circumscriptis à lateribus C inseruerunt medium, hoc pacto ↃXↃ: ex quo tandem compendiaria nota ∞, quam suprà millenarij notam fuisse ostendimus, emersit; dum duo ↃↃ rectum & inuersum cornibus suis apprehendentia cornua quatuor notæ X, hanc notam ∞ βραχυγραφικῶς constituerunt. Vides itaque originem huius notæ ∞; quamuis Ciacconius citato loco dicat, per hunc numerum ↃIↃ constitui potuisse, duobus videlicet cornibus ↃↃ cum I vnitis ∞, cui non repugno, quamuis prior ratio magis veritati ἀριθμοτεχνίας consentiat. Iterum apud Paulum Manucium hæc millenarij nota sic scripta reperitur ⊂IB, cuius origo non abludit ab eo, quod suprà de C docuimus, videlicet priscis temporibus C scriptũ fuisse hac nota ⊂ cum ergo hæc idem quod C notet, patet ratio cur hunc numerum per ⊂IB notam expresserint. Quod verò & subindè millenarij nota sub hac figura haud absimili τῶ Græcorum

Origo ∞ millenariæ notæ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a

Notæ ω m

corum ω vel ſic inuersè m ſcribantur;dico eandem habere originem, quàm CIↃ.hac tantùm intercedente differentia, quod duo C Ↄ cum I. in vltimo hoc non vniantur, in priori verò ω ex vna quidem connectantur, ex altera verò non, quod Scriptoris tamen feſtinantis conſuetudine introductum potius, quàm vſu receptum arbitror.

Origo millenariæ notæ ∇ Δ

Reſtat modò origo huius millenariæ notæ X explicanda. Nonnulli dicunt hanc eſſe conſtitutam ex X & duabus lineis characterem ſupra & infra claudentibus, hoc pacto X̄. productis enim crucis cornibus, illa lineis vnita hunc efformabant characterem X. vel etiam, quod duo illa triangula notabant DD, quæ à priſcis Latinis ſub forma trianguli expreſſas fuiſſe, ſuprà diximus, ▷◁: vndè coniungendo has duas apicibus ſuis in vnum, naſcitur hæc nota X. quamuis præcedens veritati multò ſit ſimilior.

Hæ itaque ſunt ſimplices notæ numeri millenarij, quas veteres nunc hoc, nunc illo modo, prout illis βραχυγραφίας ratio dictabat, exprimebant,& ſunt ſequẽtes.

Notæ millenarij ſunt 9

1	2	3	4	5	6	7	8	9
M̄.	CIↃ.	CXↃ.	∞.	ↄIↄ	Φ	ω	m	X̄

Ex quibus deindè omnem Chiliadum Myriadumque numerum formabant hoc pacto: primò quidem dimidiatis à dextris millenariorum notis integri dimidium exprimebant: ſic enim per IↃ. 500 notabant, quod eſt CIↃ millenarij dimidium; IↃↃ verò dimidium eſt

CCIↃↃ,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

CCIↃↃ, & se habent ad inuicem, vti 5000 ad 10000. Sic IↃↃↃ, dimidium est CCCIↃↃↃ, & se habet vt 50000. ad 100000. & sic in infinitum. Sciendum verò has notas semper bis, ter, aut quater iterari, hoc pacto:

1000	2000	3000	4000
CIↃ.	CIↃCIↃ.	CIↃCIↃCIↃ.	CIↃCIↃCIↃCIↃ.

Ter certè extat apud Ciceronem in 5 Verrina in editione Pauli Manutij, cum ait: *Demit de capite Medimnum* CIↃ CIↃ CIↃ. quamuis interpretes hic addi debere velint, IↃC id est 600. vt totus numerus sit 3600.

Nota verò Centenaria C. millenariæ M à sinistris iuncta, eundem auget suo valore, vt XM, decem millia. LXM, sexaginta millia. CM, centum millia. DM, quingenta millia. MM millena millia. Sic Plinius lib.6.cap.23. *MM paß. ab Alexandria abest Oppidum Iuliopolis*, id est, millenis millibus passuum, quamuis hodiè hæc nota MM pro 2000 sumatur. Nota quoque hoc loco, quod sicuti ex his notis I vnitatis, & tertia X denarij, & C centenarij alijs notis præpositæ, sinistrorsum easdem suo valore minuunt, ita dextrorsum additæ easdem augent.

1	4	8	9	Sinistrorsum positę valorem minuunt.
I.	IV.	IIX.	IX	
1	6	12	11	Dextrorsum positæ valorem augent.
I	VI.	XII.	XI	
40	90	400		Sinistrorsum positæ minuunt.
XL.	XC.	CD.		
60	110	600		Dextrorsum positæ augent.
LX.	CX.	DC.		

Quod

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a

Quod verò à Priſcis IV. IX. XIX. XXIX. XXXIX. XL. ſic ſcriptum fuerit diminutiuè, id factum eſſe putò, βραχυγραφίας ergo, nè notam monadicam, decadicam, aut centenariam toties repetere cogerentur.

Nota 10000

Porrò CCIↃↃ decem millium nota eſt, vti & CMↃ. vel $\overline{\text{IM}}$I, & præcedentem CIↃ. decuplat, & pari ratione bis, ter quaterque iterari poteſt, vti ſequitur.

10000	I	20000	I	30000
CCIↃↃ	I	CCIↃↃ, CCIↃↃ	I	CCIↃↃ, CCIↃↃ, CCIↃↃ

Bis certè apud Ciceronem extat lib. 1. ad Atticum. Nam Epiſtola 5. Cicero ſic loquitur: *L. Cincio HS. $\overline{\text{XX}}\overline{\text{CD}}$ conſtitui me curaturum Id. Feb. &c.* In ſequenti verò epiſtola repetit his verbis: *L. Cincio HS.* CCIↃↃ, CCIↃↃ, CCCC. *pro ſignis megaricis, vt tu ad me ſcripſeras curaui.* Quibus quidem aliud non innuit, niſi ſeſtertiorum viginti millia, & quadringentos ſeſtertios.

Nota 50000

IↃↃↃ 50000 nota, dimidium eſt integri CCCIↃↃↃ. 100000. Cuius exempla dantur in Oratione pro Q. Roſcio Commodo, in editione Pauli Manucij, cum

50000

Ciceronis teſtimonij:

ait; *Si paret*, HS. IↃↃↃ. *deberi hìc, niſi planum ſibi facit*, HS. IↃↃↃ *ad libellam ſibi deberi, cauſam perdit.* Integra verò nota CCCIↃↃↃ pariter apud Ciceronem inuenitur epiſtola 5. ad Atticum, cum inquit: *Domum Rabirianam Neapoli, quam tu iam dimenſam & exædificatam animo habebas, M. Fronteius emit* HS. CCCIↃↃↃ XXX. id eſt, 100030 HS. & quoties volueris numerari poterit, vti in citata pro Roſcio Commodo

Ora-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

Oratione Cicero fecit, dum ait: *Proh Deùm hominumque fidem, qui* H S. CCCIↃↃↃ, CCCIↃↃↃ, CCCIↃↃↃ, *quæstus facere noluit*, id est 300000. HS. quæ 8500 nostris coronatis respondent, quamuis in alijs exemplaribus hi numeri ex ignorantia vel interpretum, vel transcriptorum admodum peruersi deprauatique reperiantur.

Sed hanc nostram interpretationem genuinam esse, duo magnæ considerationis antiquitatum monumenta quàm luculentissimè demonstrant: quorum primum est Tabellæ Columnæ Rostratæ fragmentum, in Capitolio in hunc vsque diem superstes, ex quo vera horum numerorum ratio petenda est; quam ad maiorem veritatis attestationem hìc apponendam duxi, cuius defectum Petrus Ciacconius suppleuit in proprio de huius columnæ interpretatione edito libello.

Difficultates numerorum soluuntur ex Tabula Rostrata in Capitolio superstite.

Columnæ Rostratæ Inscriptio à Petro Ciacconio suppleta.

C. Bilios. M. F. Cos. aduorsom. Cartacinienseis. en. Siceliad rem. Cerens.cecest. ANOs. cocnatos. Popli.Romani. artisumad obsedeone D. eXEMET. LECIONeis. Cartacinienseis. omneis mAXIMOSQVE. MACISTRaTOS. Lucaes. bouebovs. relicteis noVEM. CASTREIS. EXFOCIONT. MACELam. moenitam. vrbem pVCNANDOD. CEPET. ENQVE. EODEM. MACestratod.prospere rEM. NAVEBOS. MARID. CONSOL. PRIMOS. Cesef. resmecosque cLASESQVE. NAVALES. PRIMOS. ORNAVET. PArauetque. diebous. LX. cVMQVE. EIS. NAVEBOVS. CLASEIS.POENICAS. OMnis. paratasque.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a

sVMAS. COPIAS. CARTACINIENSIS. PRAESENTEd maxumod dICTATORED.OlorOM. IN. ALTOD.MaRID. PVCnandod. vicet. xxxQVE. NAueis. cepeT. CVM. SOCIEIS. SEPTEm res momque. ducis quin res mOSQVE. TRIRESMOSQVE. NAVEIS. Xx. depreſet. auroM. CAPTOM. NVMEI. Φ Φ Φ D C C

arcenTOM. CAPTOM. PRAEDA. NVMEI. CCCIↃↃↃ. C craue. CAPTOM. AES. CCCIↃↃↃ pondod triompOQVE. NAVALED. PRAEDAD. POPLOM. romanom. donauet. captiuos. CARTACINIenſeis. inceNVOS. Duxet. ante. curom. primoſque. Conſol. de. ſicelEI s. claſeque. CARTacinienſeom. triompauet. earom. rerom. erco. S. P. Q. R. ei hance columnam. p.

In hac priſcæ Latinæ Linguæ barbaries vnà cum exodico numerandi modo clarè apparet, dum enim expeditionem C. Duillij Conſulis contra Carthaginenſes refert in Sicilia, prædam quoque ex parta victoria reportatam quàm exactiſſimè, tum quoad naues, tum quoad monetam, aurum, argentum, ænea, deſcribit; vbi & inter cæteras figuras millenarij hæc nota Φ Φ Φ ter occurrit, vnà cùm DCC. quæ numerum 3700 conſtituit. Sed huius notæ originem ſuprà vide expoſitam: deindè vigeſies ſemel repetit hanc notam CCCIↃↃↃ; & quoniam illa 100000 numerum conſtituit, hic in 21 ductus dat 2100000. numerum in

Victoria & ſpolia C. Duillij contra Carthaginenſes.

ære,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

ære, cupro, pondus : Contigit autem hæc Victoria D. Duillij contra Carthaginenses anno Vrbis conditæ CDXCIII. 493. Nota hoc loco alteram millenarij notam supradictam Φ. cuius medietas D. quingentenarij nota : huius itaque notæ Φ valorem multiplicabant altero circumscripto circulo, hoc pacto ⦶ · quo 10000 indicabant, idemque valebat, quod cc1ↄↄ. hæc iterum tribus circulis ⦷ circumscriptis diametro, idem significabat, quod ccc1ↄↄↄ. id est, 100000. ita quidem, vt tres notæ c c c à sinistris, & ad dextram aliæ ↄ ↄ ↄ cum 1, quæ diametri loco seruiebat, in Sphæram triarmillarem transformatæ videretur : horum autem dimidia si significare vellent, illa hisce dimidiatis figuris indicabant : Ↄ · quæ idem quod 1ↄ ↄ. id est 5000. & ↁ id est 1ↄ ↄ ↄ. quod 50000. significabant, vti sequitur.

Idem quod cc1ↄↄ

Idem quod ccc1ↄↄↄ

Dimidia chiliadnm.

Nota	1000	Φ	cuius dimid.	D	1ↄ. 500
Nota	10000	⦶	cuius dimid.	Ↄ	id est. 1ↄↄ. 5000
Nota	100000	⦷	cuius dimid.	ↁ	1ↄↄↄ. 50000

Meminit harum notarum Gruterus in suis inscriptionibus, quarum prima ita sese habet :

T. PRÆCENTIVS Q. F. P. HELVITIVS. P. F. ÆD. OB HONOREM IN VIAM. HS. ↀ ⦶

Altera sic se habet :

TREBONIA OLIVIA ARBITR. MARCILIANI MA. IN FRO. P. XII. in A. P. P. XIIX COST. HS ∞ Ↄ id est 6000 sestert.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

Inuenitur & alia nota in inſcriptionibus veterum, ſic formata ⧄, quam 8. ſignificaſſe conijciunt ex hac inſcriptione:

IMP. CÆS. AVREL. VAL. DIOCLET.
IMP. VIII. COS. ⧄

Hanc nonnulli volunt indicare geminum quadernarium X: qui verò diligentiùs expenderit dictam figuram, is minimè duplicati 4 figuram eſſe, aſſerere cogetur, ſed duplicatum Δ, quæ reſultat ex diagonali quadrati ſectione: Cum autem ◁.4'. ſignificet, Græcorum more, ita duæ Δ octonarium conſtituunt, quem ⧄ præſens indicat.

Octenarij numeri nota

Verùm, vt hucuſque dicta vna Synopſi intuearis, hìc veluti epilogiſmum omnia explicantem apponendum duxi.

Ex illo enim fabrica notarum numeralium, quæ veteribus Romanis in vſu erant, adeò clarè patebit, vt ne expoſitione quidem indigeat. Notas has numericas, ex varijs Priſcorum monumentis collegimus, quas & in vaſto illo Inſcriptionum opere, quod Ianus Gruterus in lucem edidit, exhibitas Lector curioſus reperiet.

Epi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

Epilogismus omnium numerorum, qui millenariorum enneadi competunt.

Notæ millenariorum Integrorum	Significationes in zyphris	Notæ dimidiorum.	
M̄	1000		
CIↃ	1000	D	500
CXD	1000	IↃ	500
∞	1000		
ↄIↄ	1000	D	500
ɯ vel m	1000	ↄ I	500
X	1000	QC	500
⦶	1000		
⊕	10000	Ɔ	5000
IMI	10000		
XM	10000		
ƆMЄ	10000		
X̄	10000		
CCIƆƆ	10000	IↃ Ɔ	5000
⊕	100000	Ɔ	50000
ЄЄCIƆƆƆ	100000	IƆƆƆ	50000
C̄M	100000		
ĪXI	1000000		
CMↃ	1000000	CQↃ	500000
M̄M	1000000		

Alterum monumentum habetur apud Fuluium Vrsinum, à quo reliqui omnes de hoc argumento tractan-

tes,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

tes id desumpserunt, istaque tabula numerorum veram & genuinam veteribus visitatam ostendit, vt sequitur.

Tabula Fuluij Vrsini veterũ numerorũ rationem cõtinens.

	IXI 1000000	I
o o o o	CCCIIII	o CIↃ
Quatercenties mille denar: simul 1600 sestertia. Aliter dicebant sedecies sestertium.	100000	500000 denarij, vel 2000 sestertia. Aliter dicebant, viginti sestertium.
o o o o	CCIↃↃ 10000	o X
4 decies mille denarij. Simul 160 sestertia.		50000 denarij, vel 200 sestertia.
o o o o	∞ 1000	o
4 mille denarij. Aliter 16 sestertia.		5000 denarij. aliàs xx sestertia.
o o o o	C 100	o
4 mille æris, vel 4 m. Asses vel 4 cẽtũ denarij		5 mille æris, vel 500 denarij, aliter duo sestert.
o o o o	X 10	o
4 centusses. 4 centum Asses, vel decẽ denarij.		quinquaginta denarij, vel quinque centusses.
o o o o	I 1	o
4 denarij vel decusses.		Quinque denarij.
o o o o		o
4 Asses vel quadrasses.		quicussis vel quinarius
o o o o		o
5 Vnciæ aut quincunx		Semis seu vnciæ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a

Hanc Tabulam antiquissimam æneam primus detexit Fuluius Vrsinus cum numerorum notis ipsi Tabulæ ex argento impressis, facilèque ex supradictis patet, antiquioribus illis non fuisse notam, quæ numerum vltra centum millia significaret. In hac Tabula habetur prima nota sic figurata IXI, quo millena millia, id est 1000000 indicabant, millionem videlicet: Cur verò in hac nota X. intermedia duabus II vtrimque stipata sit monadicis notis, causa est, quod per I. vnitatem lineolà signatam, millenarium indicarent Græcorum more, X vero per sese millenarium exprimeret, vti suprà dictum est: hinc aptè hunc numerum millies mille, per suprapositam lineolam duplicatiuam tribus notis vnà competentem exprimebant sic IXI. Iam verò in media Tabulæ Columna cæteri numeri millenarij ad 1. vsque exhibentur, vti ad oculum patet; è latere verò sinistro, continetur valor denariorum ad sestertia reductus, & in dextro latere, denariorum sestertiùmque prolatio exhibetur.

IXI Tabula.

Ex his itaque fusiùs forsan, quàm par erat, prolatis, patet, quod quando magni numeri vltra centum millia notabantur, singuli limites punctis interuenientibus distinguebantur: cuius rei hoc sit exemplum ex Plinio l. 33. c. 4. Auri XVI. XX. DCCC. XXIX. quem numerum Budæus l. 2. de Asse, sic effert. Sedecies centena & viginti millia, octingenta viginti nouem, & sic zyphris notatur. 1620829. & Plinius iterum l. 6. c. 33. hunc numerum refert: CLVIM. passuum, quem sic exprimimus: centies quinquagies sexies

Quomodò veteres numeros vltra centum millia disponerent.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

xies centena millia passuum, & zyphris sic notatur: 15600000. Ex quo patet, veteres numerum vltra centum millia excurrentem lineolà supra caput extensà, sed in sinistra parte sursum vncinata notare consueuisse, & ex hac IXI. millionis nota patet. Sed hisce iam expositis, ad alteram dubitationis partem progrediamur, quæ est, de zyphrarum origine.

CAPVT IV.

De Algorithmo.

De zyphrarum, siue hodiernà die visitatorum numerorum origine & fabrica.

PRæmissis veterum Latinorum notis Arithmeticis iam ad eas numerorum notas, quas zyphras vulgò vocant; & à plerisque Arithmeticis Algorithmus dicitur, quibusque vniuersus penè Orbis hodierna die vtitur, explicandas progrediamur, & quoniam hæc præsentis huius Diatribes potissima pars iure dici potest, ita quoque ea, qua fieri potest, diligentia, & quantum ingenij debilitas nobis permittet ἀκριβείας pertractanda est. Et vt ab ouo rem ordiar, Sciat Lector, Brachmanas, omnium opinione Authorum, Philosophiæ & Arithmeticæ studio cum primis deditos, eam Indiæ partem inhabitasse, quam hodiè Indostan vocant, quorum studia, mores, disciplinas eleganter sanè describit Herostratus in vita Apollonij Thyanæi. Hi cum vicini

Origo zyphrarum à Brachmanibus.

essent

essent Arabiæ felicis incolis Arabibus, per Orientale maris Erythræi littus distensis, frequentemque olim cum ijs consuetudinem; ob frequentem reciprocamque vltrò citròque comeantium negotiationem contraxissent; hoc verò emendarum vendendarumque rerum commercium sine numeris transigi non posset, Arabes insigne numerorum notarumque, quibus Brachmanas veluti arcanis numerorum notis vtebantur, compendium aduertentes, id successu temporis suum fecerunt: ita lego apud Abenragel Arabem, in introductione ad Astronomiam libello, vbi loquitur de zyphris.

Arabes numerorum notas à Brachmanibus didicere.

وهذا عدادا كانوا عداد الهند وقبلوهم من برهمن ومن حكما الهند الذين وجدوهم من صورة الدايرة منقوسة داردج

Abenragel. Arabs.

Et hi numeri sunt numeri Indiani, à Brachmanis Indiæ Sapientibus ex figura circuli secti inuenti. Quonam verò id modo fieri potuisset, cum diù multumque cogitarem, tandem incidi in Librum Arabicum, quem Magritam vocant, corruptè Margaritam, vbi Author, cum de Astrologicis signis loquitur, statim & dictos characteres ponit, & fabricam eorundem ex circulo descriptam hoc modo docet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a



Primò quidem dicti Sapientes circulum veluti mysticũ totius Astrologiæ fundamentum in quatuor partes diuidebant, & ex hoc, & literas & numeros quosdam mysticos formabant, quarum prima diametrum rectam A B, altera prostratam E D. exprimebat.

Deinde	ACD	Tales formabant literas	L
Ex angulo, seu quadrante	ACE		⅃
	BCD		Γ
	BCE		⅂
Ex semicirculo lateráli.	ADB		⊢
	AEB		⊣
Ex Superiori.	EAD		⊥
Ex Inferiori.	EBD		T
Ex diametrorum sectione.	ADBE		⊗

Atque hinc natas fuisse zyphras nouem, quibus posteà Arabes semper vsi sunt: videlicet:

Per diametrum erectam notabant		I	1
Per semicirculi lineas	ABCD	signabant	2
Per Semicirculum	EAD		3
Per Semicirculum cum annexo arcu.	ADB		4
Per circulum ipsum	ADBE		5
Per semidiametrum cum arcu.	A B		6

Per

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

Per angulum verò	ACD	signabant	7
Per angulum	BCD		8
Per hanc verò figuram cum arcu.			9
Per punctum verò circuli.			10

Quæ omnia ex Arabum doctrina desumpsi, qui hosce characteres singulos in tres classes diuidunt, quos mysticos & روحنيون *Ruchanium* Arabicè, id est, spirituales dicunt: qui vti tribus Mundis, Elementari, Sidereo & Angelico applicant, ita ingentia mysteria sub ijs latere, superstitiosissimè sibi imaginantur. Vide quæ de huiusmodi signorum origine fusè tractauimus Secundo Tomo Oedipi, parte 1. fol. 380. vbi & varijs rationibus hosce numeros ab Indorum Sapientibus processisse ostendimus, præsertim verò in III. Tomo, parte 1. de Brachmanum symbolicis literis. His itaque expositis iam ad Rhombum reuertamur.

Zyphras itaque Arabum, quas illi حروف الهند *Haruph elHend* id est, Indicas literas vocant, ab Indis processisse, non solum dicti Arabes, sed & Græci fatentur, vti posteà videbimus: quo autem anno hæc translatio facta sit, magnum est omnium silentium; quantum tamen coniecturis consequi possum, contigit id ætate Mahumetis, quam هجيرة *Hegira Mahumed* vocant, 300. annis circiter à nata Mahomedis; à Christo verò nato 900. quo annorum curriculo, vti Arabes iuxta Saracenicam Historiam, totam illam Persiæ, Car-

Notæ numerales Arabú ab Indis processerũt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

Quando inuentæ.

maniæ, Indiæque oram suo subijciebant Imperio, ita ex Indorum cæterarumque circumiacentium Regionum commercio, hasce notas seu zyphras, primùm introductas fuisse, haud vero absimile putamus: quæ posteà per Aegyptum, Lybiam, cæterasque Africæ Regiones ad Occidentalem vsque Oceanum propagatæ, inter Arabes nullo non tempore viguerunt: donec irruptione in Græciam & Hispaniam facta, intra terminos proprios contineri nesciæ, tandem ad dictas nationes traductæ, non Europæ tantùm, sed & toti Orbi publici iuris factæ sunt. Quod vt exactius comperirem, vetustissimos codices tum Græcos, tum Latinos Arabicosque consulendos duxi, quibus discussis, certè nullum vnquam harum notarum ante 430. annos comperire vestigium licuit.

Vt itaque hoc negotium paulò penitiùs agitemus, sciendum est, duplices apud Arabes Arithmeticarum notarum formas vsitatas fuisse; priorem, vti posteà ostendetur, ex literis Alphabeti Arabici constitutum, luculenter patet: in quo Alphabetico literarum ordine neglecto Arabes veluti ad amussim quandam Hebræarum literarum & ordine & methodum sequuntur; atque huiusmodi numerorum notis, plerique Scriptores Arabici, vti Abensina, Auerrois, Abenragel, Abenphragi, alijque innumeri, vti & Euclides interpres, Thausi Arabs, vsi sunt: Posterioribus verò zyphrarum promiscuè vnà cum literarum notis vsos reperio; sed vt hæc omnia clarius compareant, literas Alphabeti Arabici vnà cum zyphris apponendas duxi.

Arabes in literis numeralibus sequuntur ordinem literarum Hebraicarum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

ن	م	ل	ك	ي	ط	ح	ز	و	ه	د	ج	ب	ا
٥	٤	٣	٢	١٠	٩	٨	٧	٦	٥	٤	٣	٢	١
50	40	30	20	10	9	8	7	6	5	4	3	2	1

Literæ Arabicæ.
Zyphræ.
Numeri vsuales.

ث	ت	ش	ر	ق	ص	ف	ع
٤..	٤..	٣..	٢..	١..	٤.	٨.	٧.
500.	400.	300.	200.	100.	90.	80.	70

Literæ Arabicæ.
Zyphræ.
Numeri vsuales.

غ	ظ	ض	ذ	خ
١...	٤..	٨..	٧..	٩..
1000.	900.	800.	700.	600.

Literæ Arabicæ.
Zyphræ.
Numeri vsuales.

Hisce literis omnes Arabes & Coptitæ Christiani in suis sacris Codicibus passim iam à 700. aut 800. annis promiscuè vtuntur, quemadmodum eorum in Sacros Codices præfationes monstrant: Sunt tamen mihi vastissima quædam Astrolabia ex auricalco ante 500. circiter annos in Africà confecta, quæ solis literis Arabicis connotata cernuntur, quamuis omnes alios Astronomicos libros antiquissimos, zyphris solitis ad calculationem quippe aptioribus signatos reperiam. Sed nostrum non est, hoc loco harum zyphrarum antiquitatem apud Arabes demonstrare, cum ex supradictis antiquitas earum satis constet; sed quæstionis cardo in hoc potissimùm versatur, vt quo tempore primùm in Græciam & Hispaniam ab Arabibus, & tandem in vniuersam Europam propagatæ fuerint, ea qua par est cura & diligentia inquiramus; quod pro ingenij nostri tenuitate, Deo aspirante nos præstituros speramus.

Inter Græcos primus fuit, qui hoc numerorum ge-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a

Maximus Planudes Author de numeris.

genere in ſua, quam edidit, Arithmetica vſus eſt Maximus Planudes: cuius Liber etiamnum in Bibliotheca Vaticana, ſub antiquiſſimi Codicis forma continetur, vbi & has notas zyphras vocat, & ab Indis profectas dilucidè oſtendit: Libri Titulus eſt:

τȣ̃ φιλοσοφοτέρȣ μονάχȣ κυρίȣ Μαξίμȣ Πλανȣδη ψηφοφορία κατ' Ινδȣς ὑλεγομένη μετ' ἄλλȣς, οἱ τȣ̃ Ασ͂τρȣνόμων φιλοσοφότερ͂οι καταποήσαι ἀκριβεσ͂τέρας, καὶ εἰσί τὰ σχήματα ἐννεα.

Sapientiſsimi Philoſophoci Monachi, Domini Maximi Planudis calculatoria ſecundum Indos, ſic dicta ab alijs Aſtronomis ſapientiſsimis, quod magna diligentia, in ſubſidium ſcilicet numerorum excogitata ſit: cuius ſunt hæc nouem ſchemata.



Diximus, primum inter Græcos, quantum nobis conſtare potuit, Celeberrimi nominis Maximum Planudem fuiſſe, qui Arithmeticam ſuam hiſce zyphrarum notis deſcripſerit, cum ante eum nec Pſellus, nec Plethon, neque Ptolomæus, nec Diaphantus, nec alij antiquiores eo, Arithmetica & Aſtronomica ſua opera hiſce notis adornaſſe comperiantur. Cum verò Planudes nonnulla ſua opera Michaëli Palæologo Orientis Imperatori inſcripſiſſe legatur, ex eo luculenter ſanè patet tempus, quo vixerit, quodque pereruditus Leo Allatius inuenit fuiſſe circa annum 1270. cui & hiſto-

riæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

riæ tum Græcorum tum Latinorum consentiunt; hi itaque anni subducti à præsentis anni curriculo 1665, relinquunt 395. annos, quo abhinc supradictus Planudes vixit. Cum itaque nullus celebris ante eum, siue Arithmeticus, siue Astronomus, hoc notarum genere vsus sit, Planudem primum fuisse patet, qui hasce notas vtpotè ad calculos perficiendos quàm peridoneas, vel ipso fatente, propalauerit, illo videlicet tempore, quo declinante paulatim Monarchia Græcorum, Saraceni & Turcæ, qua data porta, vti in alias, ita & in Græciæ Asiæque maritimas Prouincias sub Bazaëte irruperunt. Quæ Scaliger calculo suo comprobat, hic vti curiosissimus huius rei indagator fuit, ita quoque hanc veritatem in explicatione Nummi Constantini, alijsque epistolis suis epistomaticis scitè sanè euoluit; annus verò, quo Scaliger hæc scripsit, fuit 1606. qui subductus à 1270. Imperij Palæologi annis, relinquit 336 annos, quem Scaliger præterpropter dicit annum fuisse, quo hæ notæ à Mauris ad Hispanos primò fuerunt translatæ. Verùm vt rei veritas luculentius pateat, hic verba Scaligeri apponenda duxi, qui in epistola quadam ad Marcum Frelierum data, nummum Constantini Magni sibi oblàtum, multorum instinctus precibus explicat, his verbis: *Nummus ingens argenteus clarissimi viri Marguardi Freheri, quam recens sit, argumento sunt characteres Arithmetici 2. 3. 4. 2. 3. 5. qui ante trecentos aut paulo plures annos ab Arabibus ad nos transierunt, ac primò quidem dissimiles his nostris hodiernis, posteà memoria proauorum hac forma interpolati, quæ hodiè nobis in*

Annus quo Planudes vixit,

Scaliger in explicatione numi Constant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

in vsu est; itaque nummus hic cusus aut conflatus est, non illo seculo, quo ij à Christianis recepti sunt, sed illo, quo interpolati, hoc est, memoria proauorum; propterea an vnquam à Græcis vsurpati sint, meritò vt dubitem, faciunt libri multi Astronomici, Logistici & computorum Ecclesiasticorum paulò ante aut post euersionem Imperij Constantinopolitani conscripti, quorum omnium numeri non his peregrinis characteribus concepti sunt, sed literis Græcis. Denique illos Characteres primi omnium Christianorum Hispani à Mauris, ab Hispanis reliqui Latini Christiani, ab illis Græci acceperunt, si modo acceperunt; & quidem concedamus accepisse, ij tamen apud Græcos nunquam vulgo noti fuerunt, vt non opus fuerit eos in hoc nummo cudere, vt à paucis tantum intelligerentur. Nobis igitur constat, recentissimam quidem nummi conflaturam esse, formas autem inclusas & veteres esse, & ex aliquo vetusto libro, aut pictura Ecclesiæ alicuius desumptas, cuiusmodi multas hodie videmus in gemmis nouitiæ quidem celaturæ, sed vetustissimi argumenti.

Ex notis itaque zyphrarum posticæ nummi faciei inscriptis colligit, illum Constantini Magni tempore minimè cusum fuisse, sed posteris temporibus, iam dictis zyphris communi omnium Christianorum consensu acceptatis. Et in epistola quadam ad Albertum Pighium expresse dicit, se discussis omnibus veterum Manuscriptis, nunquam hasce zyphrarum notas 350. annis Superiores comperisse. Cum verò Scaliger hic tempus annumque, & qua occasione hæ zyphræ primùm Europæ innotuerint, præcisè non determinet, nostra-

rum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

rum partium esse rati sumus, negotium paucis notum, ex Chronologia Astronomica, eo quo fieri potest, studio, quantumque comperire licuit, exactè denodare. Res itaque sic se habet.

Anno salutis nostræ 1240. Alphonsus Princeps Hispaniæ, & Ferdinandi Sanctissimi Regis Castillę filius, cùm literarum, tum potissimum Astronomicarum disciplinarum, ad quas veluti naturæ quodam pondere ferebatur, amore stimulatus, vti iam incredibiles in ijs progressus fecerat, ita quoque animos omnium in admirationem sui traxit: Interim confluentibus ad eum tanquam ad oraculum vndique & vndique Astronomis Mathematicisque, cum iam à multis annis de siderum motibus à Ptolomæi temporibus in eum vsque diem interruptis, & oppidò defectuosis, tum per sè ipsum, tum per alios certior factus, errores cognosset, intenta mentis applicatione eos ponderans, seriùs de remedio quantocyùs adhibendo deliberauit: quoniam verò inaudierat summos in Africa Astrologos, tum Arabes, tum Iudæos florere, qui & emendatissimas de siderum motibus tabulas possiderent; vt concepta iam dudum animo molimina educeret; quotquot eo temporis in Astronomica facultate magna nominis celebritate florerent, ingentibus sumptibus euocauit, quos inter fuisse dicuntur, vt in Astronomica Historia Christmanni traditur, & August: Riccius in præfatione in Almagestum Ptolomæi fusè prosequitur; Alfarabius, Abenragel, Profatius, Mahumed, Haomar, & inter cœteros Princeps Isaac Hazan Synagogæ Toletanæ Cantor He-

Tẽpus quo zyphræ modernæ numerorum in Europam allatæ sunt.

Alphonsus Rex Astronomiam instaurat.

Tabulæ Astronomicæ Arabum & Hebræorum in Africa.

Authores apud Arabes celebres euocantur in Hispaniam.

 bræus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

bræus; Qui omnes allatis secum Astronomicarum Tabularum codicibus, veterum emendationis tabularum initium fecerunt, quorumque opera postea celeberrimum illud opus, quod Tabulas Alphonsinas vocant, primum in lucem exijt, tantæ apud omnes æstimationis, vt ex eo Rex Alphonsus immortalem nominis sui gloriam non immeritò comparauerit, Sapientis titulo apud posteros obtento. Atque huius Astronomicæ synodi occasione zyphras Arithmeticas, quibus Arabum Tabulæ constabant, quasque iam antè nonnulli ex Hispanorum Astronomis & Mathematicis à Mauris acceperunt: primum in Latina Tabularum descriptione introductas fuisse, omnes ferè Astronomicarum rerum scriptores consentiunt; cum ante harum editionem Tabularum, non nisi Latinis notis Tabulæ conscriptæ reperiantur.

Tempus, quo zyphræ numerales introductæ fuerunt.

Tempus verò, quo Rex Alphonsus hoc opus inchoauit, Mariana teste, fuisse dicitur annus post Christum 1240. & anno 1252. quo Patre Ferdinando fatis functo Hispali, ipse Regni gubernacula adijt, in lucem editum fuisse, Chronicum Astronomicum Patris Ioannis Riccioli scitè ostendit, queis & Arabum Historici consonant.

Sumptus à Rege Alphõso in Astronomiæ instauratione expensi.

Opus itaque verè Regium, vtpote in quo quadraginta aureorum millia expensa dicuntur, vti nouitate sua omnium Latinorum animos vehementer accendit, ita ex nouitate curiositas famam operis identidem per Europam increbrescentem secuta, hoc præstitit, vt beatum se quispiam diceret, cui describendi operis copia con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

concederetur: Itaque intra paucos annos multiplicatis iam Exemplaribus Manuſcriptis (Typographia quippè nèdum inuenta fuerat, ſed anno 1400. Moguntiæ primùm per Ioannem Fauſtum Orbi innotuit) factum fuit, vt nouæ hæ numerorum notæ tum ad ſcribendum facillimæ, tum ad computandum aptiſſimæ ab omnibus acceptatæ, non ad priuatam dumtaxat, ſed & ad publicum bonum conuerterentur.

Ab anno itaque 1252. quo primùm zyphræ Arithmeticæ ad nos translatæ ſunt, fluxerunt ad annum 1606. Scaligeri ætatem, anni 354; ad annum verò 1665. anni 413. Quotquot autem Scriptores 70. abhinc annis harum mentionem fecerunt, earum ad Hiſpanos aut Græcos translationem intra 300, aut 400. abhinc annos præterpropter conſtituunt: & ex Planudis patet Arithmetica, quam vt ſupra diximus, iuxta harum zyphrarum notas, anno 1270. Imperante Michaële Palæologo edidit, ab hinc annis 392.

Atque hoc ita eſſe, omnes ferè conſentiunt: Scaliger, cuius verba ſuprà allegauimus, à ſua ætate trecentos præterpropter annos conſtituit, quem ſecuti Gruterus & Hermannus Hugo; ille in ſuis, quos *Fax Artium* vocat, inſcriptis libris; hoc in ſuo de ſcribendi origine, libello, his verbis oſtendunt: *Barbaricæ Arithmeticorum notæ, quibus hodiè vtimur, ante trecentos circiter annos tantùm ad nos venère ab Arabibus, & Hiſpani quidem primùm eas acceperunt à Mauris, Latini denique omnes ab Hiſpanis*; Quibus non abnuit Matthæus Hoſtius in Libro de recta numerandi ratione. Theatrum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

vitæ humanæ Tomo N. fol. 64. *Notæ Barbaricæ, quas zyphras vocamus, recentiores sunt, quàm quidam existimare possent, à Mauris in Hispaniam primum introductæ, & ab his cæteris Europæ Prouincijs communicatæ.*

Certè à Mauris primùm communicatas, vel ipsæ notæ ostendunt, quæ à Latinis in nullo ferè discrepant, vt in apposito schemate patet.

Zyphræ Latinæ.	1	2	3	4	5	6	7	8	9	0.
Zyphræ Barbaricæ.	1	ᒣ	ᒣ	ᒣ	ᗡ	ᕫ	ʌ	v	4	0.

Vbi vides vnitatem barbaricam eandem esse cum 1 Latino. 2. eandem esse cum barbarica ᒣ, nulla alia intercedente differentia, nisi quod hæc, more Arabibus vsitato, sit inuersa, Latina sic 2. lineola nonnihil producta.

Pari pacto ternarij numeri zyphra nihil aliud est, quam inuersa Arabum hoc modo ʒ, quæ ternariæ Latinæ respondet Latino 4. hoc modo ч neque quinarius Arabum ᗡ abludit à Latinorum 5, nisi quod ille clausus sit, & inuersus, vt ᕫ. 5. inuersus enim sine clausura 5 ad amussim respondet. Senarius Latinorum ad amussim concordat Arabico, nisi quod hic inuersus sit, sicuti hic vides ᴑ Arabum quoque septenarius v. inuerso modo fit 7 Latinorum. Octonarius verò Arabum, omnium maximè differt à Latinorum octonario, quod cur factum sit, non nisi per coniecturas explicandum est; forsan olim septenario V. supponebant ʌ, ex quorum coniunctione nascebatur infrascripta lineola

ᕫ. 5.

Inuersa 9. sex 6. Inuers. V. rect. 7.

octo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

octonarius X, nostro non absimilis, & in hunc vsque diem apud Coptitas in vsu est. Verùm vti Arabes compendio studebant, sic facilè per septenarij notam V inuerso modo expressam, octonarium exhibere potuerunt. Nouenarius verò Arabum ita congruit Latinorum nouenario, vt differentiam vix agnoscas. Denique zyphram, quam Arabes per punctum, Latini per circellum, vulgò *zero* vocant, quamuis apud Planudem hanc zyphram sub circelli quoque forma expressam reperiam, vt proindè nonnullam differentiam hasce notas incurrisse mirum non sit, cum eas pro vario scribentium modo, varias in hunc vsque diem comperiamus; continuationem verò horum numerorum videbis in pinace suprapposito.

Sed obijciet nonnemo: numeros hosce ϱ ϛ ʌ, qui nostris 4 5 & 7. respondent, ante 300 annos in Anglia inuentos, à modernis nonnihil discrepare. Respondeo, has notas nullam, vt in scholis loquuntur, specificam differentiam inuoluere, sed prorsus cum hodiernis easdem esse, nam ϛ eadem est cum 5, & ʌ eadem cum 7, nisi quod illa parumper à situ naturali 7 detorta sit: in 4 tantùm differentia occurrit, cuius rei rationem vti assignare non possumus, ita id vel communi scribentium, vel Scriptoris particularis sic volentis consuetudini adscribendum esse existimem; cum & hodiè ita diuersimodè à diuersis exprimantur, vt non exigua hasce inter & vulgatas notas differentia inueniatur.

Sed vt hæc amplioribus testimonijs stabiliantur; audia-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a

audiamus Petrum Ramum, qui Libro IV. Scholarum Mathematicarum, folio 117. quæ hucusque de Barbaricis notis dicta sunt, veluti ἀνακεφαλαιώσεα quædam, nec non insigni attestatione confirmat his verbis: *Numeri seu notæ, quæ hic describuntur, recentes sunt; his enim Euclides vel Theon nunquam usi sunt, nusquam Archimedes, aut veterum quisquam. Nicomachus ait, Numeri significationem per unitates esse* φυσικὴν καὶ ἀμίθεσον, *ideoque simplicissimum. Græcos verò literas* νόμῳ καὶ συνθήματι, *lege & constitutione hominum significare: ut 1. quo 10. K quo 20. &c. significantur. Denique apud veteres neminem notare potui has notas: 1 2 3 &c. Alij referunt, ad Phœnices Arithmeticæ inuentores, propter eandem commerciorum rationem; Alij ad Indos. Ioannes à Sacrobosco, cuius sepulchrum est Lutetiæ in Comitio Maturinensi, refert ad Arabes, nec opinio aliena est; Cum orbe Arabes potirentur, etiam disciplinarum potiri potuisse haud à vero abludat. Itaque eorum scripta multa extant in Philosophia, Medicina, Mathematica, vndè Algorithmus pro Arithmetica, Almagestum pro Syntaxi magna, quia àl Arabibus articulus est,* ἀριθμὸς *verò græcè numerus, &* μεγίστον *maximum: permistis itaque ex Arabico & Græco vocabulis, facta sunt nomina Algorithmus, & Almagestus. Quicumque autem fuerit inuentor decem notarum, laudem magnam meruit; res ipsa certè tantùm placuit, vt omnium gentium consensum meruit, quod è libris latinè, græcè & hebraicè editis patet; hodièque omnes hæ notæ zyphræ vocantur, & hic numerare idem sit, quod zyphrare.* Huc vsque Ramus. Vbi nota Ioannem de

Commendatio zyphrarum.

Sacro-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a

Sacrobosco, cuius mentionem facit Ramus, primum fuisse. qui in Francia libros suos hisce notis insignierit: vti posteà dicetur.

Confirmat hæc eadem Lucas Gauricus in Oratione quadam de laudibus Astronomiæ Ferrariæ habita: verba eius sunt: *Nec minus nobis inscribendo profuerunt Arabes cum plerisque recutitis Sabbatarijs, qui suas ad nos inuentiones induxerunt; quorum plerique in Hispania Alphonso Regi auxiliares in Astronomia instauranda manus porroxerunt, Omar, Haly, Abenragel, Geber Hispalensis, Iacutus, Calo Calonymus, & alij quàm plurimi.* Lucas Gauricus.

Petrus Nonius in præfatione in Sphæram Ioannis de Sacrobosco, hasce in Occidentem ab Arabibus translatas, his verbis confirmat: *Nam etsi, inquit, Arabes desertam à Græcis possessionem magna vi inuaserunt, adeò vt has Artes in Occidentem & Hispaniam vsque propagauerint, tamen eorum scripta ostendunt, curiosam Nationem non tam laborasse in obseruandis motibus, quam in diuinationibus per numeros, quarum adeò cupidi erant, vt non contenti Ptolomæi Astrologia, sortes etiam & alia multa prædictionum genera ἀναπολόγητα commenti sint: at nostri numerosis Arabum suffulti subsidijs, multò postmodum excellentiùs Astronomiam tractasse censeri debent.* Petrus Nonius.

Quæ hic de superstitione Arabum per numeros innuit, verissima sunt: adeò enim hisce zyphris insaniunt, vt nullam sine hisce deliberationem suscipiant, nullum Astrologicum, genethliacum, nullum apote- Superstitio Arabum in numeris.

lesma

lesma, aut prophylacticum sine hisce condant. Quæ cum in Cabala Saracenica Secundo Tomo Oedipi, & in Magia Hieroglyphica fusè tractauimus, eò Lectorem remittimus.

Io Bap. Riccioius.

Restat tandem hoc loco Coronidis loco apponendum testimonium P. Riccioli, qui in præfatione noui sui Almagesti, prædicta multò penitius ponderans, sic ait: *Cum Tabulæ Ptolomaicæ successu temporis manifestè à Cælo aberrarent, Albategnius nono Christi seculo, & 10. Azophi, & 11. Arzael & Geber Hispalenses, nec non Persarum Mathematici Tybennenses de Motibus Cælestibus instaurandis cogitarunt; & iam Cepta à Saracenis Alexandriæ, ad Arabes Astronomia veluti captiua iam aliò abducta fuerat & Iudæi cum Arabibus non minus de superstitione Cabalistica, vel Astrologicis deliramentis per siderum motus stabiliendis, quàm de ipsis Cæli motibus decertabant: Ex hac colluuie Alphonsus & Tabulas Alphonsinas construi iussit, ediditque anno 1252.; sed renouatas ad Albategnij normam denuò edidit anno 1256. quo anno Sphæram suam Ioannes de Sacrobosco Parisijs vulgauit.*

Atque hæc sunt, quæ de zyphrarum origine non pro dignitate quidem, sed pro temporis angustia, adducenda duxi; fateor tamen, ad exactam dictorum veritatem demonstrandam, inter paucos, quos ego consului codices, quamplurimos alios quadringentis annis antiquiores, consulendos esse.

ARIT-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

ARITHMOLOGIAE PARS II.

De arcanis Numerorum quorundam, quos Pronicos vocant, proprietatibus.

PRAEFATIO

Ad Lectorem.

EXposita iam numerorum origine ac fabrica, restat vt ad abditas quasdam eorundem proprietates calamum admoueamus. Ita enim humano ingenio comparatum est, vt si quem rarum & exoticum, siue in Mathematicis, siue naturalibus disciplinis effectum deprehendant, causarum ignari, protinùs in admirationem rapti, nescio quid diuinum, Græci τέθυον vocant, sub ijs latere, vtpotè ad operandum efficax, firma sibi fide persuadeant. Quod tùm in alijs, tum potissimum in mirificis numerorum, quos pronicos vocant, proprietatibus vsu venit: Has enim Orientis Philosophi tum Arabes, tum Chaldæi, Hebræorumque Mekubalim cum aduertissent, & nescio quas prodigiosas operationes, tum in artificiosa eorundem dispositione, tum in collectione omnium in vnam & eandem summam quaqua versus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a

facta subolfecissent; admiratione attoniti, fieri non posse, quin mirum quidpiam, & ad mundi Genios attrahendos opportunum sub ijs delitesceret, nimia credulitate pro certo habebant. Unde contigit, vt, quod ex se purum sincerum, quodque suas rationes apodicticas in Arithmetica & Geometria rectè fundatas haberet, ad impias superstitiones traherent; dum numeris huiusmodi figurisque efficentiam naturalem, cuius, omnium Philosophorum sententiâ, expertes sunt, attribuere ausi sunt: sed & humani generis hostis eorum se operationibus commiscens, non destitit mirificos huiusmodi effectus subtili superstitionum velamento tegere, modumque suggerere, quo in amuleta & periammata efformari, iunctisque ijs barbaris & nil significantibus vocabulis, septem mundi Genijs Planetarijs impiè consecrari possint, vtique nullo alio fine, nisi vt eos satanico hoc irretitos commercio in laqueos suos cum æternæ felicitatis damno traheret. Vt itaque quisque ab huiusmodi sibi caueat, hac secunda parte vires & proprietates nonnullorum numerorum, iuxta Geometricas leges ita exponemus, vt & Mathematica ratio in ijs, certa quidem & euidens pateat, origo verò superstitionis occasione horum numerorum enata, & virtus illa per quam huiusmodi numeri efficaciter, impia incautorum mortalium persuasione operari credebantur, luculentiùs ad cautelam innotesceret.

CA-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

CAPVT. I.

De miris numerorum effectibus.

ÆGyptios, philosophos certos quosdam, eosque arcanissimos numeros habuisse, septem principalibus Dijs dedicatos, certum est; quales autem hi numeri fuerint, quibusue Dijs dedicati, aut quos vsus habuerint, demonstrabimus. De his sic Abenuaschia de cultu Ægyptiorum; *Meminerunt Philosophi Aegyptij, quod erant ipsis septem numeri in magna veneratione, quos & septem Dijs eorum consecrabant; videlicet, Saturno, Ioui, Rephan siue Marti, Soli Veneri, Mercurio, & Lunæ. Saturno dedicabant hosce numeros* 3. 9. 15. & 45. *Ioui hos* 4. 16. 34. & 136. *Marti hos* 5. 25. 65. & 325. *Soli hos* 6. 36. 111. & 666. *Veneri hos* 7. 49. 175. & 1225. *Mercurio hosce*, 8. 64. 260. 2080. *Lunæ denique*, 9. 81. 369. & 3321. Habemus numeros; iam quod mysterium sub ipsis lateat, & originem vnde nanciscantur, videamus.

Dijs qui numeri dicati.

Notandum itaque inter asciticios Ægyptiorum discipulos Pythagoræos, arcanas quasdam numerorum dispositiones didicisse, quibus tantum tribuebant, vt nihil non in rerum natura ijs se demonstrare posse putarent. Atque vnitatem quidem ipsam omnium numerorum parentem, sibi tantummodò, non alteri præterea similem dicunt, eo quod in se ducta (id quod nulli nume-

Pythagorei veritatem in magna veneratione habebant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

ro contingit) ſemper eadem eſt, nimirum ſui ſimilis vnde totius corporis Regem Dominumque actionum vniuerſarum, & ὑσίαν ipſam rerum omnium non temerè dixerunt. Primum verò numerorum ex geminatâ vnitate prognatum, id eſt, 2, & opinionem mutationi obnoxiam, & motum nunquam conſiſtentem vocarunt, alia item omnia aliorum numerorum nominibus appellantes. Quadratos autem cum primis obſeruarunt, tanquam rerum omnium in ſeptemplici Mundo geneſis rationem explicantes. Eſt autem quadratus numerus, qui ex radice in ſe ducta producitur. Et vt ab vnitate incipiamus, eſt illa vti indiuiſibilis, ita immultiplicabilis, non tamen adeò infœcunda, vt quod reliqui numeri præſtant, id non præſtet ipſa, cum ſit mater & principium numerorum; alij in ſe ducti, ſemper diuiſum quid efficiunt, ſola vnitas in ſe ducta, ſemper ſe ipſam in vnitatem reſtituit, ſemper eadem, nulli obnoxia, varietatis ſui ipſius & radix, & quadratus, & cubus eſt, id quod vnam Dei O. M. eſſentiam & naturam immortalem, omnis diuerſitatis & alterationis expertem, ſat ſuperque comprobat, ſola diuerſitate in conſequentibus vnitatem numeris exiſtente. Quemadmodum igitur ab vna ſuprema Mundi architectonica Monade omnia emanarunt, ſic numerorum ordo ab illa vnitate proficiſcentium, non huc, ſed illuc, vbi is eſt, quem illa refert, aptè erat inſtituendus. Sed vt ad quadratorum numerorum myſteria propiùs accedamus.

Quadratorũ numerorum æſtimatio.

Sciendum eſt quod ſicuti duo ſemper quadrati, vnum intermedium habent proportionalem, ita bini

cubi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

cubi duos proportionales numeros habent intermedios, v. g. si, 2, in se ducantur, quadratum efficitur 4. si 2 in 4 cubus efficietur 8; item si 3. in se ducantur, nascentur 9; & iterum si 3. in 9, nascentur 27 cubus; si deindè duo in 3 ducantur, 6, medium quadratorum 4 & 9 proportionalis creatur; hoc pacto, 4.6.9. qui sunt in sesquialtera proportione; sicuti enim se habet 4, ad 6, ita 6 ad 9. Si porrò 2 radicem iterum in 6 medium proportionalem, & in hunc eundem 3 radicem duxeris, nascentur 12 & 18, id est duo medij proportionales inter duos cubos 8, & 27; nam 8.12, 18, 27, in eadem sunt proportione continua sesquialtera. Hoc idem prorsus reperies in vnitate eandem vim cum numeris communicatam habente, hæc enim in se ducta, quamuis semper sit omninò eadem, attamen cum numeris comparata quos genuit, & ipsa eadem ratione consideratur. Si itaque 1 lateris vim habens in se ducatur, vnum quid quadrati vim habens producetur; si denuo vim lateris habens in 1 vim quadrati habens ducatur, 1 cubi potestatem obtinebit. Si posteà 1 vim habens lateris in 2 latus ducatur, 2 medius erit proportionalis; 4 verò ex binario vim habens quadrati producitur, nam 1, 2, 4 in dupla sunt proportione. Si iterum primò vim lateris habens 1, deinde latus 2, in 2 binarium medium quadratorum proportionale ducatur, 2 & 4, cubi potestatem obtinebunt, & 8 cubi ipsius proportionales generantur, sunt enim 1, 2, 4, 8 in continua dupla proportione. Si iterum 2 se habeat vt latus seu radix, deinde hæ in 2 medium proportionalem ducatur, prodibunt 4; Quadratorum numerorum proprietas.

erunt

erunt igitur 2 & 4 inter 1, quæ se habet, vt cubus, & inter 8 alterum cubum, medij proportionales, vt sequitur 1,2,4,8.

Vnitas rationem quadrati & cubi obtinet.

Hanc itaque vnitatem omnes vnitates, radices, quadratos, cubosque complicantem Deo æterno & immenso applicabant Pythagorai, eratque quasi primus quadratus, & cubus Diuinæ naturæ, in quo omnia vnum sunt. Secundus quadratus erat quaternarius ex dyade in se ductà productus, quem assimilabant materiæ imperfectæ, & in potentialis habitudinis abysso submersæ. Tertium quadratum 9. ex ternario in se ducto productum numerũ dedicabant Saturno. Quartum quadratum 16, ex quaternario in se multiplicato productum dicabant Ioui. Quintum quadratum 25, ex pentade in se multiplicata productum Marti, Sextum quadratum 36, ex senario in se multiplicato productum, Soli. Septimum quadratum 49, ex septenario in se ducto emanantem, Veneri. Octauum quadratum 64, ex octonario in se ducto procedentem, Mercurio. Nonum deniq; quadratum 81, ex nouenario in se ducto prodeuntem numerum Lunæ dedicabant; cubos verò eodem ordine, quo quadratos cœlestibus Dijs, Elementaribus Genijs dicabant, vt posteà dicetur. Atque ab hisce nouem quadratis recensitis, duos primos quadratos ex monade & dyade emanantes eximebant; monadis quidem quadratum, vtpotè supra omnes humanæ sublimitatis intellectus metas longè semotissimum; dyadis verò quadratum 4, ob imperfectionem materiæ, quam inuoluebat; reliquos verò septem quadratos septem singulos

7 Planetis dicati numeri qui?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

gulos singulis, vt diximus, dedicabant Planetis. Primum quadratum post binarium, id est 9, ex tribus in se ductis emanantem, Saturno dicabant, hac ducti ratione, quod quantò Dij supremo Deorum omnium Antesignano & Monadi summæ, siue supramundanæ, viciniores essent, tantò forent simpliciores, minusue in multitudinem rerum materialium mergerentur; quantò vero à monade remotiores, tanto plus materialis miscellæ participarent; vt proinde Lunæ non sine ratione 81. inter eos quadratos, qui radicibus intra denarium constitutis emergunt, maximum, dedicandum putarint.

Admiranda quadratorũ proprietas,

Assignatis itaque dictis quadratis septem, cum admirandam quandam proprietatem in alia & alia dispositione singulorum notarent; fieri non potuisse opinati sunt, quin Deus summa & incomprehensa sub ijs mysteria humano intellectui exhibere, atque adeò singulorum septem Mundorum ordinem, administrationem, œconomiam sub ijs indigitare voluerit. Rem exemplo declaro. Si quis confusas typographicas litterarum formas considerauerit, tametsi illæ omnem scientiam imaginabilem intra se contineant, nescit tamen, quæ sit illa, quam desiderat, & sub qua combinatione lateat; peritus tamen mox formas ità aptè combinare nouit, vt tandem quidquid voluerit, imo scientiarum mysteria ex ijsdem per sensus appropriatos efficiat eliciatque. Haud absimili ratione quadrati quidam mysteriosissimi dantur, sed sub certis numerorum formis, confusa mysteria vt lateant, necesse est; patebunt autem

Deum omnia numeris administrare exemplo docetur,

mox,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a

mox, vbi in totidem areolis, quot quadratus eiusdem monades continet, singulos ordine numeros aptè & artificiosè peritus Arithmeticus quispiam digesserit. Sed primò quidem singulorum quadratorum mysteria, deindè modum etiam, eorundemque intra areolas quadrati disponendorum rationem aperiemus.

CAPVT II.

De mysterijs huiusmodi numerorum.

SApientes itaque veteres, dictos quadratos eo ordine diggestos disponebant, vt quomodocumque numeri intra arcas dispositi aggregarentur, semper vnus & idem numerus emergeret, quorum omnium deindè summa suum quoque mysterium haberet. Vocabantur ca sigilla Deorum, vti dicebant, immortalium, eo quod sub illis mira quadam ratione dominium eorum & in omnia potestas exprimeretur.

Sigillum Saturni.

Cum itaque 9. quadratum primum Saturni, quem totius vniuersi mentem appellabant, pingere volebant, huius numeros intra nouem quadratula eo artificio disponebant, vt singuli ordines numerorum, normales, transuersi, diagonales, simul iuncti, vnum & eundem numerum restituerent, vt sequitur.

Si-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

Sigillum Saturni.			Normalis additio.			Transuersalis additio.			Diagonalis additio.	
4	9	2	4	9	2	4	3	8	4	2
3	5	7	3	5	7	9	5	1	5	5
8	1	6	8	1	6	2	7	6	6	8
			15	15	15	15	15	15	15	15

Vides igitur, vt quomodocumque sumpti numeri, semper 15 restituant. Omnes autem numeri simul sumpti continent 45. Atque hoc est quod paulò ante Abennuaschia innuebat, cum diceret Saturno dedicatum fuisse 3. 9: 15. 45. Ternarium enim constituant quadrati radicem seu latus, 9 ipsum quadratum, 15 numeros singulorum ordinum abditos, vti & summa omnium 45. constituunt, qui numerus habetur si tria latus quadrati in 15 duxeris, singulorum ordinum summam. Atque hinc patet cur Abuhali Arabs in sua Astronomia dixerit, Saturnum tribus potentijs regijs maximis circumdatum, vnumquemque verò horum 9. alij principalibus, & his 15 alijs; summam omnium verò constituere Saturninum Geniorum principalium toti Vniuerso præsidentium Chorum: verba eius cito: *Sunt Saturno tres Reges, & vnusquisque horum nouem alios Reges habet, & vnusquisque horum alios 15. Summa omnium sunt 45. vti nomen Zabel, id est Saturni, demonstrat, quod in numeros resolutum, eundem numerum*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a

exhibet ; Monarchiæ videlicet Saturninæ in 3. 9. 15. Classes distributæ summam 45.

Sigillum Iouis.

Sed procedamus ad secundi quadrati Schematismum, siue Sigillum Iouis, quod ex quaternario in seducto emergit, estque 16: cuius dispositio talis est, vt singuli numerorum ordines, normales siue perpendiculares, transuersi, diagonales siue diametrales, vti & quadratulorum medium circumsistentium numeri simul iuncti, semper eundem numerum restituant, videlicet 34, summa verò omnium sit 136. qui numerus habetur ex ductu lateris 4. in 34. Sigillum sequitur vnà cum additione numerorum.

Sigillum Iouis.

4	14	15	1
9	7	6	12
5	11	10	8
16	2	3	13

Additio perpendicularis. Transuersalis. Diagonalis.

4	14	15	1	4	9	5	16	1	4
9	7	6	12	14	7	11	2	6	7
5	11	10	8	15	6	10	3	11	10
16	2	3	13	1	12	8	13	16	13
34	34	34	34	34	34	34	34	34	34

Idem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

Idem emergit si numeros quadratorum, quæ medium circumsistunt, addas.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n
4	15	5	10	7	5	14	9	14	12	15	1	4
14	1	11	8	6	2	9	11	6	10	7	16	13
9	6	16	3	11	15	8	11	6	10	7	7	6
7	12	2	13	10	12	3	3	8	2	5	10	11
34	34	34	34	34	34	34	34	34	34	34	34	34

Porro numeri intra duas areolas oppositas diagonaliter sitas additi, eundem semper numerum 34. exhibent, vt in f. 5. 2. & 15. 12. & in g. 14. 9. & 8. 3. Diagonales verò, qui tres areas possident, numeri, si medium duples, semper eundem dabunt numerum 34. vt in h 9. 11. 3. & in 1. 14. 6. 8, inque k. 12. 10. 2. & in l, 15. 7. 5. medij duplati semper eundem numerum dabunt, videlicet 34. Extremi quoque quadratuli iũcti numeris in binis quadratulis medijs διαγώνως sumptis, vt in m 1. 16. 7. 10, & in n 4. 13. 6. 11. semper eundem numerum 34. constituunt, vt vides; quod sanè meritò παράδοξον, & summà admiratione dignum videri potest.

Sigillum Martis.

Venio ad quadratum Martis 25. qui numerus in viginti quinque areolas digestas, modo paulo post dicendo, eandem quam priores obtinet proprietatem. Ii-

Quid quadratum Martis in numeris.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

gura ſequitur, in qua ſinguli ordines quouis modo ſumpti, ſemper ſimul iuncti dant 65. & ſumma omnium eſt 325. qui numerus reſultat ex multiplicatione lateris ſin. 65.

Sigillum Martis.

11	24	7	20	3
4	12	25	8	16
17	5	13	21	9
10	18	1	14	22
23	6	19	2	15

Recta additio.

11	24	7	20	3
4	12	25	8	16
17	5	13	21	9
10	18	1	14	22
23	6	19	2	15
65	65	05	65	65

Tranſuerſa additio.

11	4	17	10	23
24	12	5	18	6
7	25	13	1	19
20	8	21	14	2
3	16	9	22	15
65	65	65	65	65

Diagonalis & quadrata additio.

3	11	25	11	12	4
8	12	5	3	8	16
13	13	1	15	14	10
18	14	21	23	18	22
23	15	13	13	13	13
65	65	65	65	65	65

Sigillum Solis.

Quid ſigillũ Solis in numeris.

Sigillum quadrati Solis ex ſenario in ſe ducto producitur, & præ cœteris numeros oppidò myſterioſos

ſor-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

ſortitum eſt: Nam ſingulæ numerorum ſeries in quadrato ritè diſpoſitæ, ſimul junctæ, ſemper quomodocumque ſumptæ, conficiunt numerum 111. trium monadum paulò ante recenſitarum, Archetypæ, Genialis, & Sydereæ ſummam: ſumma verò omnium conficit 666, qui numerus reſultat ex lateris ductu in 111. quæ ſunt trium mundanarum compoſitionum vltimum complementum, Monarchiæ Solaris typus & exemplar vnicum, vt ſequitur.

Sigillum Solis.

6	32	3	34	35	1
7	11	27	28	8	30
19	14	16	15	23	24
18	20	22	21	17	13
25	29	10	9	26	12
36	5	33	4	2	31

Recta.

6	32	3	34	35	1
7	11	27	28	8	30
19	14	16	15	23	24
18	20	22	21	17	13
25	29	10	9	26	12
36	5	33	4	2	31
111	111	111	111	111	111

Transuerſa.

6	7	19	18	25	36
32	11	14	20	29	5
3	27	16	22	10	33
34	28	15	21	9	4
35	8	23	17	26	2
1	30	24	13	12	31
111	111	111	111	111	111

Diagonalis & quadrata.

1	6
8	11
15	16
22	21
29	26
36	31
111	111

& innumeris alijs modis.

Si-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

Sigillum Veneris.

Quid Sigillum Veneris in numeris.

Sigillum quadrati Veneris ex ſeptenario in ſe ducto prodit, cuius numeri intra quadratum ritè diſpoſiti quomodocumque iungantur, ſemper eundem numerum, vt priora, conficiunt, videlicet 175. ſumma verò omnium 1225. efficit. Venereæ Monarchiæ ſymbolum, cuius typus is eſt, qui ſequitur.

Sigillum Veneris.

22	47	16	41	10	35	4
5	23	48	17	42	11	29
30	6	24	49	18	36	12
13	31	7	25	43	19	37
38	14	32	1	26	44	20
21	39	8	33	2	27	45
46	15	40	9	34	3	28

Recta.

22	47	16	41	10	35	4
5	23	48	17	42	11	29
30	6	24	49	18	36	12
13	31	7	25	43	19	37
38	14	32	1	26	44	20
21	39	8	33	2	27	45
46	15	40	9	34	3	28
175	175	175	175	175	175	175

Transuerſa.

22	5	30	13	38	21	46
27	23	6	31	14	39	15
16	48	25	7	32	8	40
41	17	49	25	1	33	9
10	52	18	43	26	2	34
35	11	36	19	44	27	3
4	29	12	37	20	49	28
175	175	175	175	175	175	175

Diagonalis & innumeris alijs modis.

22	4
23	11
24	18
25	25
26	32
27	39
28	46
175	175

Si-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

Sigillum Mercurij.

Signum quadrati Mercurij ex octonario in se ducto emergit, cuius numeri solito ordine inter quadratum coacti digestique, quomodolibet, recti, transuersè, obliquè iuncti, semper eundem numerum constituunt, videlicet 260. summa verò omnium 2080. exprimit, Mercurialis Monarchiæ typum figura sequitur.

Quid Sigillum Mercurij in numeris.

Sigillum Mercurij.

Summa transuersarum.									260
	8	58	59	5	4	62	63	1	260
	49	15	14	52	53	11	10	56	260
	41	23	22	44	45	19	18	48	260
	32	34	35	29	28	38	39	25	260
	40	26	27	37	36	30	31	33	260
	17	47	46	20	21	43	42	24	260
Summa rectarum serierum.	9	55	54	12	13	51	50	16	260
	64	2	3	61	60	6	7	57	260
	260	260	260	260	260	260	260	260	260

Si-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

Sigillum Lunæ.

Quid sigillũ Lunæ in numeris.

Sigillum quadrati Lunaris ex 9. in se ducto producitur, videlicet 81. cuius numeri intra quadratum suum coarctati, riteque dispositi iuxta series numerorum transuersas, rectas, obliquas, quomodocumque additi semper producunt 369. summa verò omnium tibi exhibet 3321. Lunaris Monarchiæ typum, vt sequitur.

Sigillum Lunæ.

Summa trãsuersarum.

Diagonalis serierũ

Serierũ Diagonalis.

Summa rectarum.

37	78	29	70	21	62	13	54	5	369
6	38	79	30	71	22	63	14	46	369
47	7	39	80	31	72	23	55	15	369
16	48	8	40	81	32	64	24	56	369
57	17	49	9	41	73	33	65	25	369
26	58	18	50	1	42	74	34	66	369
67	27	59	10	51	2	43	75	35	369
36	68	19	60	11	52	3	44	76	369
77	28	69	20	61	12	53	4	45	369
369	369	369	369	369	369	369	369	369	369

Summa omnium semper resultat ex multiplicatione lateris in 369.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

CAPVT III.

De Mathematico fabricæ & constructionis dictorum Sigillorum ratiocinio.

QVantò negotium hoc occultius, & admiratione dignius existit, tantò dilucidatio eius difficilior, perplexior implicatiorque meritò censeri debet. Est enim adeò ardua & recondita numerorum natura, vt omnium penè humani ingenij aciem fugere videatur. Sed enim cum mihi à natura ità comparatum sit, vt nihil homine dignius existimem, quam in huiusmodi tortuosis rerum absconditarum labyrinthis industriam ponere; dicta vero numerorum arcana dispositio, non minimum huc vsque inter res inaccessas & incognitas obtineat; summà diligentià incubui, vt arcanam huiusmodi dispositionem, rationemque, quantam ingenij vires permitterent, penetrarem, penetratam eruerem, erutam Lectori rerum curiosarum auido, communicarem. Sunt autem in hoc negotio duo consideranda, primò quidem imparium quadratorum dispositio, deinde parium; illa quanto est facilior, tanto hæc maiores, & quasi inexhaustas difficultates patitur. De quadratis primò, deinde de cubicis pari passu ratiocinabimur.

Magna sub numeris mysteria.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

§. I.

Quadrati constructio, quod ex ternario in seipsum ducto constituitur, estque Sigillum Saturni.

Omittimus hìc primum quadratum, ex binario in se ducto emergens, videlicet quaternarium, vt potè quod cum à reliquorum quadratorum natura & proprietate longè recedat, numerus veluti imperfectus, prpriè absolutèque quadratus dici minimè potest; ideoque cum non tantum ex multiplicatione binarij in binarium, sed ex additione binarij ad binarium (quod nulli alteri quadratorum euenit) emergat, atque adeò potentialem materiæ miscellam obeat, meritò à Philosophis priscis, qui Dijs non nisi perfecta dedicabant, reiectus fuit, eliminatusque.

Cur primus quadratus numerus 4. imperfectus dicatur.



Ad quadratum itaque ternarij 9. ita disponendum, vt series numerorum quomodolibet iunctæ dent

15,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

15, ſic procedes: fiat primò quadratum a b c g e f h, in quo quatuor media alia quadratula a h d f, foris ponantur in formam Rhombi, deinde inter cellula s ſeu quadratula ſingula ordine naturali numeros ab vnitate vſque ad 9 ita diſpones, vt pro radicis ternarij ratione in ſingulis tribus cellulis obliquè, ſeu diagonaliter deſcendentibus, tres numeri ordine naturali ab vnitate incipiendo ponantur, vt vides, reperienturque quatuor numeri 1, 3, 9, 7, extra quadratum b c g e; quadratum verò in quatuor cellulis carebit numeris, vt potè numeris extra quadratum in eas transferendis; quod ita præſtabis. Primò, duo numeri 1, & 9, columnæ a f, in eiuſdem columnæ oppoſitum vacuum locum transferantur; deindè 3, & 7, extra quadratum conſtituti numeri, vti priùs, in oppoſita tranſuerſæ columnæ h d, vacua loca reciproca collatione conſtituantur, vti ex ſequenti figura apparet. Diſpoſitio numerorum in cellulis.



Dico hos ordine numeros intra nouẽ cellulas nouenarij quadrati R S T V diſpoſitos hanc vim obtinere, vt quacumque ſerie ſibi inuicem terni & terni addantur,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a

ſemper 15. reſultent. Cuius rei demonſtrationem; vt altiùs animo imbibas,

Notandum primò in ſingulis quadratorum imparium numeris, vti & in hoc ternarij quadrato videre eſt, triplices dari terminos, maiores, minimos, medium. Maiores termini ſunt, qui poſt medium terminum vſque ad finem numerorum quadrati nouenarij numerantur: Minores termini qui ab vnitate ad medium vſque terminum computantur: Medius vero terminus dicitur qui inter quatuor minores, & quatuor maiores intermediat, & prouenit ex dimidio aggregati ex additione minimi & maximi termini emergentis, vt 1 minimus terminus iunctus maximo termino 9, dat 10, cuius dimidium eſt 5. terminus in progreſſione medius, & medium inter quadrati cellulas ſemper locum occupans, vt ex figura patet, & in hac ſequenti progreſſione.

1 2 3 4	5	6 7 8 9
Minores	Medius	Maiores

Ratio oſtenditur proprietatis in diſpoſitione

Atque huius progreſſionis numeri minores ad maiores ſe habent vt exceſſum ad excedens; quanto enim maiores à medio creſcunt, tanto decreſcunt ab eodem minores. Vndè primum fundamentum æquationis emergit.

Notandum ſecundò minorum terminorum ſingulos vnum aliquem è maioribus terminis reſpicere, ſiue, quod idem eſt, omnes numeri, qui æquo a medio termino interuallo vtrimque diſpoſiti ſe reſpiciunt, additi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

diti inter se, 10 conficiunt, vt in hac progressione videtur



Vbi 1 respicit 9, 2 respiciunt 8, & 3, 7; & 4 denique 6; singuli autem bini termini oppositi se respicientes simul iuncti, 10, vt diximus, constituunt, cuius dimidium 5 medius terminus est. Medius autem terminus per numerum cellularum vnius lateris dicti quadrati, videlicet ternarium multiplicatus, producit 15, summam numerorum existentium in vnoquoque latere. Hinc facilè patet quomodo paulatim Veteres ex hac speculatione in notitiam deuenerint huius tam mirabilis proprietatis. Si enim ordine paulò antè dicto trinos ordines numerorum huius quadrati nouenarij diagones, & ordine naturali descripseris; necessariò eueniet, vt in quadrato sequenti a b c d, quatuor spatia vacua relinquantur; cum itaque numeri in cellis extra dictum quadratum sint totidem, ijsque termini oppositi sint (1 si quidem minimus terminus respicit 9 maximum terminum) 3 quoque ex minoribus terminus tertius, ex ma- Demonstratio dictorum.

iori-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a



ioribus terminis pariter respiciant tertium; consequens est, vt si 1 in oppositam super 9 cellulam vacuam, & 9 in alteram sibi oppositam infra 1; 3 verò in oppositam cellam vacuam post 7: 7 verò contrà in opppositam cellam ante 3 transtuleris, negotium confectum habeas: hac enim ratione 9 v. g. maior terminus inter 4 & 2 minores terminos insertus, ijsque additus, æquabit numerum 15, ex 3 latere quadrati in medium terminum, videlicet 5, ducto emergentem; 1 verò minimus terminus inter 8 & 6 maiores terminos insertus, pariter æquabit numerum 15 ex radice in medium numerum ducta prouenientem. Pari ratione 3 inter numeros 4 & 8, & 7 inter 2 & 6 inserti, ipsisque additi, eundem 15 numerum conficiunt. Denique 5 inter 2 & 8; & iterum inter 4 & 6 (quorum illi 10, hi pariter 10 additi conficiunt) pari ratione ipsis additus, 15 constituit. Vides igitur quomodo semper inter duos pares numeros mediet impar, quibuscum additus conficiat 15: patet etiam cuilibet, excepto medio, impari numero vacuam cellam opponi, intra quam positus additusque, tandem cum lateralibus 15 constituat; sic inter 4 & 2 intermedius 9 ijs additus 15; 1

verò

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

verò inter 8 & 6 positus, ijsque additus, pariter 15; iterum 3 inter vacuam cellulam oppositam, inter 4 & 8 positus, ijsque additus, pariter 15; si verò in opposito sibi loco inter 2 & 6 positus, ijsque additus, similiter 15 constituit: 5 verò medius cum diametra iter positis numeris eundem numerum conficit. Patet itaque propositæ constructionis ratio. Sed vt hæc luculentius demonstrentur, ponantur numeri quadrati nouenarij, vti priùs, secundum progressionem naturalem, ab vnitate vsque ad 9: vt sequitur.



	a	c	e	
p	4	9	2	g
m	3	5	7	h
n	8	1	6	i
	b	d	f	

Hoc peracto si 9 ad 1 iunxeris habebis 10, quibus medius terminus 5 additus conficiunt 15; cum itaque hi ijdem numeri in columna c d quadrati a e b f contineantur, illi collecti in in vnum, eundem numerum vt conficiant necesse est. Iterum iunge 2 ad 8, secundum minorem terminum ad maiorem, producent 10, quibus medius 5 additus, eandem summam, 15 videlicet conficiet: qui numeri in quadrato tertiæ cellulæ dia-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a

diagonaliter dispositæ, videlicet e b, pariter continentur. Rursùs iunge 3 ad 7, tertium minorem ad maiorem tertium a 9, & produces iterum 10, quibus 5 medius terminus additus exhibet 15, vt priùs, atque hanc dispositionem numerorum inuenies in m h. transuerso quadrati medio ordine digestam. Iterum iunge 4 ad 6, produces denuò 10, quibus quinarius medius terminus additus, exhibent vt ante, 15; atque hanc dispositionem continet in quadrato diagonalis trium numerorum 4. 5. 6. dispositio. Atque hi sunt quatuor terminorum regularium cum medio 15, conflantium combinationes; iam videamus irregularium quoque combinationem.

Irregularis combinatio quæ?

Irregularem combinationem dicimus, quod non sumantur termini in hac secundùm terminorum præcisum respectum, neque cum medio termino, sed vel ex minoribus terminis maioribus quomodocumque additis, numerus 15 resultet; quem si per ternarium lateris quadrati multiplicaueris, habebis summam omnium numerorum 45. Iunge itaque in serie numerorum naturali 4 cum 8, conficies 12, quibus si 3 qui 4 præcedit, iunxeris, habebis pariter 15; quem numerum conficiunt tres numeri intra columnam a b contenti; cum enim 3 & 4 æquentur 7, vnitas verò ab 8 deficiat, illa adiuncta 7, dabit 8: qui vna cum 3 & 4 iunctus, vt dixi, 15 constituunt.

Iterum 2 ad 6 additi, dant 8, quibus si 7 coniunxeris habebis 15, quem numerum pariter exhibent tres numeri in columna e f dispositi. Rursùs iunge 2

ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

ad 4, & habebis 6, quibus si 9 accedant, habebis 15; quem eundem numerum intra trãsuersam columnam l g additi, in vnum numeri exhibent. Denique iunge 6 ad 8, & habebis 14, quibus vnitas accedat, prodibunt 15; quem tibi quoque tres numeri in transuersa serie in 1, præcisè exhibent. Verum omnium combinationes hic appositas contemplare.

Cõbinatio regularis in qua termini quatuor minores maioribus 4 oppositi cum medio iuncti	1	5	9	media columna recta.	faciunt 15
	2	5	8	Diagonalis.	
	3	5	7	media transuersa.	
	4	5	6	Diagonalis transuersa.	

Combinatio irregularis, in quà numeri promiscuè se respiciunt, & cum medio additi pariter	4	3	8	prima columna recta.	faciunt 15
	2	7	6	tertia colũna recta	
	4	9	2	prima transuersa	
	8	1	6	vltima transuersa.	

Octies itaque reddit eundem numerum 15.

Atque ex his patet octo tantum combinationes fieri posse in hoc nouenario dispositionis trium numerorum, qui additi 15 constituant: videlicet trium serierum perpendicularium, & totidem transuersarum, & duarum diagonalium. Et tametsi plures in dicta progressione numeri sint, qui numerum 15 iuncti simul

Quot combinationes fieri possunt in quadrato dispositorum numerorum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a

mul constituant, vti 1, 2, 3, 9; 2; 3, 9, 1; 9 & 6; 8 & 7; quia tamen hoc loco tres tantum numeri iuxta 1 lateris quadrati triadem, considerantur; cœterorum omnium nulla prorsus ratio habetur.

Vides quoque quomodo in omni combinatione trium numerorum, semper medij numeri sint impares, extremi partim pares, partim impares. Præterea cum 15 resultent ex ductu ternarij, id est, ex latere in medium terminum totius progressionis, quæ est 5, consequens est omnes & singulas trium numerorum series trinarium ter continere: quod inde patet; si enim in hisce numeris 1, 5, 9, 1 ad 9 adieceris, habebis 10 duplicatum quinarium, & si medius quinarius accedat, habebis tres quinarios, qui additi faciunt 15. sic in his numeris 2, 5, 8; 3, 5, 7; 4, 5, 6, extremi additi, semper duplicatum quinarium dant, videlicet 10, quibus quinarius numerus additus, dant tres dictos quinarios, in reliquis quoque numeris 4, 3, 8; si medius terminus 3, ab extremis 4, & 8, vnitatem mutuet, euadet is in quinarium, extremi verò manebunt 3 & 7. qui conjuncti, dabunt 10 alios duos quinarios. Sic in numeris 2, 7, 6, si medius terminus vnitatem vtrique extremo 2 & 6 communicauerint, manebit is 5; 2 verò, & 6 aucti vnitate, fient 3 & 7, qui iuncti 10 constituunt alios duos quinarios. In his verò numeris 4, 9, 2, si à 9 abstrahas 4, remanebunt 5, 4 verò addita 2, dant 6, quæ vnita 4, dant 10, duos alios quinarios. Denique in his numeris 8, 1, 6; si 2 ab 8, & totidem à 6 abstracta addideris 1, fiunt 5, duo verò termini binario mutilati

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

lati 6 & 4, additi 10, conſtituunt alios duos quinarios. Vide igitur quam mirà ratione per excedens & exceſſum numeri pulchrè æquati, in vnam ſummam aſpirent. Atque ex his, ni fallor, luce clariùs patet ratio, cur videlicet nouenarius ſecundùm lateris ſui numerum intra quadrati trinas cellulas aptè digeſtas, in omnibus ſemper infallibiliter eundem numerum producat; quod non tantum de hoc impari quadrato, ſed & de omnibus alijs quadratis imparibus in infinitum productis, vt in ſequentibus dicemus, intelligendum eſt.

§. II.

Secundi quadrati, quod ex 4. in ſe ductis emergit, conſtructio Mathematica, atque Sigillum Iouis nuncupatur.

Horum numerorum diſpoſitio multò difficilior eſt præcedenti, vti enim ob paritatem quadrati medium terminum non habet, ita aliam quoque diſpoſitionem requirit. Nos quantum ingenio licuerit, & hanc facillimam reddere conabimur. Cum itaque quadratus Iouis ex 16 numeris componatur, vel quod idem eſt, ex quaternario in ſeipſo ducto emergat, ſic procedes. Deſcribatur proceſſio naturalis 16 numerorum, ab 1 vſque ad 16 progrediendo, vt ſequitur. Diſpoſitio quadrati 16 difficilis.

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16

horum ſingulorum quatuor numerorum tetrades pro quatuor laterum quadrati exigentia diſcriminines, ha-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a

bebisque quatuor ordines, 1, 2, 3, 4. 5, 6, 7, 8. 9, 10, 11, 12. 13, 14, 15, 16. quos diligenter serua. Hoc peracto fiat quadratum in formam Rhombi truncati, vt in præcedente factum est, ita vt obliquæ singulæ & diagonales series quatuor cellulas seu quadratula contineant, vt sequitur.



In hoc eo ordine, qui sequitur, numeros tuos dispones, idest, secundum quatuor Classes, quas paulò antè obseruari monuimus. Prima Classis numerorum 1, 2, 3, 4. ordine naturali & retrogrado in superioribus quadratulis b e d a extremis ponantur, vt vides. Secunda classis numerorum 5, 6, 7, 8. ordine ponantur in transuersali cellularum serie, quæ continentur intra spatium f l. eo tamen pacto, vt 6 & 7 duo media quadratula, 8 & 5 verò duo extrema occupent, duobus in o & p vacuis. Tertia Classis numerorum 9, 10, 11, 12. in altero transuersali spacio g h disponantur, eo prorsus modo, quo in spacio f l numeri secun-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

cundæ Classis. Quarta denique Classis numerorum 13, 14, 15, 16. in reliquis inferioribus extremis quadratulis d i h c, ordine disponantur, vt vides.

Habes itaque rationem dispositionis; nihil porrò restat, nisi vt quomodo numeri extra quadratum a b c d, intra idem, in cellas totidem vacuas & correspondentes opportunè transferri possint, dicamus: quod dispari ratione à præcedenti fit; in præcedenti enim terminos numerorum oppositos, in opposita vacua loca transtulimus, quod hic non fit, sed termini in alternè opposita loca transferendi sunt, vt intentum habeas; hoc pacto, 3 v. g. non in vacuum quadratulum u, rectà oppositum, sed in alternè oppositum, quod litterà R, significauimus, ponebant; ita 2 non in R, sed in V decussatim poni debent; & contrà 15 & 14 hoc in M, illud in V, alternè opposita spacia pariter transferenda sunt. Haud absimili ratione 5 & 9: 5 quidem in t, & 9 in o similiter alternè opposita vacua spacia; contrà 9 & 12, hoc in p, illud in g, alternè opposita vacua spacia transferenda sunt. Quibus quidem ita peractis, habebis quadratum Iouis eà numerorum dispositione digestum, vt singuli quatuor ordines quomodocumque sumpti, semper 34 conficiant; quæ ducta in latus quadrati 4 summam omnium numerorum dant 134. Figuræ dispositio sequitur.

Dispositio numerorũ cæterorũ in interioribus cellis.

Cu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a



Cuius quadratum a b c d, numeros eo ordine dispositos habet, vt singuli quatuor numerorum series additæ, semper eundem numerum, vti dictum est, conficiant; quod non tantum de ordinibus rectis, transuersis, diagonalibus intelligendum est, sed & singulorum quadratorum numeri quatuor simul iuncti, eundem numerum restituunt; cuius rationem vt videamus, paulò altiùs ordiendum est.

Lemma.

Demonstratio.

Si duo cuiuscunque progressionis naturalis numeri, qui æqualibus interuallis ab extremis vtrimque distant, simul addantur, erit aggregatum singulorum additorum aggregato, quod ex duobus terminis extremis, minimo & maximo conficitur, æquale.

Disponantur numeri sedecim eo ordine & progressione naturali, quo supra fecimus.

Fx



Ex quibus ſi duos quoslibet ab extremis terminis æquediſtantes in vnum iunxeris, habebis ex ſingulorum aggregatis 17 aggregato duorum extremorum 1 & 16, id eſt, 17 æquale; quod medijs terminis 8 & 9 additum, ſummam conficit 34 numerorum in ſingulis ordinibus quadrati, rectis, quadratis, & diagonalibus additorum. Cum enim maiores termini a 16 verſus medios terminos 8 & 9 continuè vna vnitate decreſcant, minores verò termini, qui maiores ex oppoſito reſpiciunt, vnà vnitate continuò vſque ad medios terminos 8 & 9 creſcant; neceſſariò fit, vt hi numeri, iuxta proportionale incrementum decrementumque perpetuam æqualitatem cuſtodiant, v. g. 1. & 16, extremi progreſſionis termini additi conficiunt 17: ſed & hunc eundem numerum, & 2. iuncta 15, & 3 iuncta 14, & iuncta 13, & 5 iuncta 12, & 6 iuncta 11, & 7 iuncta 10, & 8 denique iuncta 9, conficiunt; videlicet 17. cum quantum minores termini ab vnitate creſcunt, tantum minores oppoſiti numeri a 16 decreſcunt; idem de omnibus alijs numeris intelligendum eſt.

Atque hinc naſcitur admiranda illa proprietas, quà numeri in ſingulis ordinum cellulis contenti, additique, quomodolibet ſumpti, ſemper eundem numerum, videlicet

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a

licet 34 conficiant. Quoniam enim omnes numeri in progressione naturali 16 terminorum, ab extremis æquidistantes, 17, vti probatum est, conficiunt; cumque 8 & 9 medij totius progressionis termini, pariter 17 conficiant, 17 ad 17 iuncti necessariò constituunt 34. hinc si 1, 8, 9, 16 quatuor terminos in vnum iunxeris, habebis denuò 34, & sic de cœteris: semper enim ex duorum numerorum ab extremis æquidistantium ad duos medios additione idem numerus 34 resultabit. Mirum itaque non est, si dicti numeri intra quadratum artificiosè, eà videlicet industriâ, qua dictum est, disponantur in singulis ordinibus tetradicis rectis, transuersis, diagonalibus, & in singulis quatuor vnà iunctis, quomodocumque sumptis, semper eundem numerum emergere, cum totum fundamentum huius dispositionis lateat sub progressione naturali numerorum 16, in qua tot combinationes institui poterunt quatuor numerorum eundem numerum 34 conficientium, quot combinationes reperiuntur in quadrato, eundem numerum conficientes.

§. III.

Quadrati tertij constructio Mathematica, quod & Sigillum Martis dicitur.

Tertium quadratum imparium numerorum ex quinario in se ducto consurgit; cuius constructio non differt à primi quadrati constructione. Verum rem paucis explicemus.

Fiat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a

Fiat quadrangulum Rhomboide, in cuius quinque quadratulorum diagonũs dispositorum ordinibus naturali ordine describantur 25 numeri, eo pacto quo insequenti figura factum esse vides, manebuntque intra quadratum a b c d, tot areolæ vacuæ, quot numeros extra quadratum separatos vides; quos hac industria intra vacuas areolas singulis correspondentes transferes. Cum in imparibus quadratis singulos numerorum terminos oppositè se respicientes, intra opposita in eadem columna loca vacua transferre suprà præceperimus, iuxta præcepti huius tenorem negocium summa facilitate conficies. Sic itaque procede: in columna g h, 1 in oppositum vacuum intra eandem columnam locum, videlicet in areolam supra 19 rransferenda est: 25 verò in eadem columna g h infimus numerus, in oppositum intra eandem columnam locum infra 7 collocabitur.

Dispositio numerorum in quadrato Martis.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

Quadr. L

11	24	7	20	3
4	12	25	8	16
17	5	13	21	9
10	18	1	14	22
23	6	19	2	15

In columna r n, 6 in areolam vacuam supra 24 immediatè; 24 verò in oppositum in eadem columna locum infra 6 locabitur. In columna k 1, 2 in locum vacuum supra 20, & 20 in locum vacuum infra 2 transferetur. In columna transuersa t q. 14 in locum vacuum oppositum post 16, & 16 in locum vacuum ante 4 collocetur. In columna transuersa u p, 5 in locum vacuum post 17 & 21 in locum vacuum ante 9 deponatur. In columna denique transuersa x o, 10 in locum vacuum post 22, & 22 in locum vacuum ante 10 locetur. Habebisque totum negotium peractum; cuius demonstratio eadem est, quam in primi quadrati descriptione a b dedimus. Si ordine naturali progressio 1 ad 25 continuetur, vt sequitur,

A C

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15

B

16 17 18 19 20 21 22 23 24 25

In hac progressione imparium numerorum, medius terminus est 13, qui per latus quadrati, idest per 5 multiplicatus, dat 65, numerorum in singulis columnis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a

nis in quadrato existentibus, siue rectis, siue transuersis, simul additorum summam, ita vt ex medij termini cum latere quadrati multiplicatione statim, quantam singularum columnarum numeri additi summam conficiant, ostendatur, ac proinde sicuti in progressione medium semper locum habet, ita & in quadrati media cellula eundem occupet. Si iam in progressione dicta quinque numeros, qui dictum numerum simul additi faciant, inquisiueris, idque toties, quoties poteris, & combinatio permittit, intentum sine dubio habebis: cùm, quoties numerus iste 65 intra quadrati columnas reperitur, toties & idem in dicta progressione ex quà eductus fuit, reperiatur. Sic si 7, 25, 13, 1, 19 in quadrato L simul iunxeris, habebis 65 si in eodem 24, 12, 5, 18, 6 in vnam summam collegeris, idem qui prius numerus 65 emerget; & sic de cœteris omnibus; quæ in 5 latus quadrati ducta, dabunt omnium summam 325; nihil igitur est in quadrato, quod non in dicta progressione contineatur. In sola itaque artificiosa illa numerorum digestione secretum latet; quod quomodo pateat, iam dictum est.

§. IV.

De constructione Mathematica quadrati quarti Sigilli Solis.

Sicuti numerus in hoc quadrato ex singulis sex ordinibus quaquauersus collectus, oppidò mysteriosus est; Dispositio numerorum in quadrato Solis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a

ita numerorum dispositio in hoc quadrato, vt dictus numerus resultet, summum cum difficultate laborem adiunctum habet; quem tamen quantum ingenij imbecillitas permittet, nos mitigaturos confidimus.

Cum itaque quadratus Solis 36, constituatur ex 6 in se ipsum ductis; pro dispositione numerorum in quadrato, sic operare. Scribantur 36 numeri ordine naturali A B C D ab 1 incipiendo, quos in sex ordines diuides, vt hic vides.

A	B	C
1. 2. 3. 4. 5. 6.	7. 8. 9. 10. 11. 12.	13. 14. 15. 16. 17. 18
	g h i k l m	n o p q r s

D	E
19. 20. 21. 22. 23. 24	25. 26. 27. 28. 29. 30.
t u x y z a	b c d e ff tt

F

31. 32. 33. 34. 35. 36.
ss

Hoc peracto describas diagramma in formam Rhomboidis, vt in præcedentibus factum est, & hic apparet, in cuius cellulis numeros dictæ progressionis hac industria collocabis. Accipe primam progressionis sex numerorum partem A signatam, eamque iuxta numeros ab 1 vsque ad 6 pone in superiori parte Rhomboidis, intra cellulas extremas, vt hic vides. Accipe deinde sextam partem progressionis signatam littera F, qui sunt numeri 31, 32, 33, 34, 35, 36, quos in oppositis

Rhom-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

Rhomboidis locis, hoc est in inferiori parte diagrammatis, in vltimis sex cellulis inseres, vt vides. Deinde in loculamentis dextris p h i q, hosce quatuor numeros pones, 7,13,19,25 qui sunt ordinum in progressione B C D E primi, vt progressio docet signata litteris g n t b: ex oppositis verò loculis ✠ m n r, hosce numeros pones, 12,18,24,30, qui sunt ordinum B C D E vltimi, signati litteris m s a tt: habebisque totum ambitum suis signatum numeris, posteà in quadratum a b c d transferendis. Reliquos numeros progressionis hac industria medijs quadrati cellulis inscribes.



Intra columnam transuersam ✠ ξ, à 7 incipiendo, & omissà vnà areolà, deinceps ex progressione ponantur ordine quatuor numeri signati litteris l d e h, qui sunt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

11, 27, 28, 8. In columna transuersa h m, à 13 incipiendo, omissisque duabus areolis, deinceps ordine ponantur numeri progressionis signati litteris o p q ξ, qui sunt 14, 16, 15, 23. In transuersa columna 1, n, a 19 incipiendo, omissisque duabus areolis ponantur ordine numeri progressionis signati u y x r, idest, ordine retrogrado numeri 20, 22, 21, 17, vt vides. Denique in columna transuersa q r, a 25 incipiendo, omissa vna areola, scribantur deinceps numeri signati literis ff k i c, qui sunt numeri 29, 10, 9, 26. Hisce peractis, manebunt intra quadratum ABCD, sexdecim spacia vacua, quæ totidem numeris in ambitu Rhomboidis circumscriptis replebis hoc artificio. In superiori Rhomboidis parte 5, & 2 intra columnas suas opposita vacuarum cellularum loca occupabunt, vt vides: 4 verò vacuum locum habebit oppositum alternè, id est in columna g x, vltimum intra quadratum: 3 verò in columna f u tertium vacuum spatium occupabit. In latere sinistro Rhomboidis, 7 oppositum in transuersa columua ✠ ξ vacuum possidebit: 13 in columna transuersa i n tertium à 19: 19 contrà in columna h m tertium a 18 locum occupabit: 25 verò iterum in transuersa columna q r oppositum tenebit locum. In infima parte Rhomboidis 32 ponetur in columnæ ♂ β secundo a 5 spacio: 33 in tertio columnæ u f à 34 spacio: 34 in vltimo intra quadratum columnæ x g vacuo spacio: 35 demum in vltimo columnæ f y, à 2 spacio. In dextro latere Rhomboidis quatuor numeri hoc pacto transferentur; 30 transfertur in secundum à 7 columnæ transuer-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a

I.	1	2	3	4	5	6	7	8	17	9	10	11	12	13	14	15	16
II.	2	3	4	5	6	7	8	9	19	10	11	12	13	14	15	16	17
III.	3	4	5	6	7	8	9	10	21	11	12	13	14	15	16	17	18
IV.	4	5	6	7	8	9	10	11	23	12	13	14	15	16	17	18	19
V.	5	6	7	8	9	10	11	12	25	13	14	15	16	17	18	19	20
VI.	6	7	8	9	10	11	12	13	27	14	15	16	17	18	19	20	21
VII.	7	8	9	10	11	12	13	14	29	15	16	17	18	19	20	21	22
VIII.	8	9	10	11	12	13	14	15	31	16	17	18	19	20	21	22	23
IX.	9	10	11	12	13	14	15	16	33	17	18	19	20	21	22	23	24
X.	10	11	12	13	14	15	16	17	35	18	19	20	21	22	23	24	25
XI.	50	51	52	53	54	55	56	57	117	58	59	60	61	62	63	64	65
XII.	100	101	102	103	104	105	106	107	237	108	109	110	111	112	113	114	115

Et sic in infinitum.

Early European Books. Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a

Quæ cum ex progressionum doctrina clara sint, nil restat, nisi vt iam modum, quonam ingenio ea intra quadrati quaternarij cellulas 16 ita disponantur, vt singula vnam & eandem numerorum summam conficiant suggeramus. Sic itaque operare: Describatur figura in cellulas suas diuisa, vti vides:

—	—	3	2	—	—
—	4	14	15	1	—
8	9	7	6	12	5
12	5	11	10	8	9
—	16	2	3	13	—
—	—	15	14	—	—

Qua descripta accipe primæ progressionis terminos in quatuor classes diuisos; & quatuor quidem primos terminos 1. 2. 3. 4. ita dispones, vt 1 & 4. intrà quadratum, 2 verò & 3. extra quadratum cadant, vt vides. Secundo quatuor terminos 5 6 7 8. pones, vt 5 & 8. extra quadratum, 6 verò & 7. in eadem transuersa serie intra quadratum cadant. Tertiò quatuor termini 9. 10. 11. 12. ita dispones, vt 9 infrà 5. & 12 infrà 8 extra quadratum; 10 verò & 11 ordine in eadem transuersa intra quadratum linea infrà 6 & 7. ponuntur, vti in exemplo patet. Vltimi tandem quarti termini 13. 14. 15. 16. ita disponantur, vt 13 & 16 intra infimas cellas quadrati primam & vltimam cellam occupent; 14 verò & 15 extra quadratum easdem, & habebis numeros dispositos; quomodò verò, qui extra quadratum sunt numeri, intra vacuas cellulas quadrati transferri debeant, expono: Cum tot sint intra quadratum cellæ vacuæ, quot numeri extra quadratum remanserunt, ita congruè eos singulis cellis adaptabis: Primò ponantur 2 & 3 superiores coalternè in oppositis vacuis cel-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

cellis, videlicet 2 in vna cella propè 16. & 3 in vacua cella prope 13, per decussim; similiter 15 & 14 inferiores extra quadratum, in coalternè oppositis vacuis cellis decussatim ponantur, videlicet 14 propè 4. & 15 prope 1. Qui verò numeri extra latera quadrati sunt 5 & 9, illi pariter in coalternè oppositis vacuis quadrati cellis decussatim ponendi sunt, 5 nempè supra 16; & 9 sub 4. reliqua verò extra quadratum ad sinistram 8 & 12. iterum in coalternè oppositis vacuis cellis ponendi sunt, 5 videlicet supra 13; & 12 sub 1. atque hoc pacto dispositionem omnium numerorum completam habebis, quorum quatuor numerorum series quomodocumque sumptæ, rectè, transuersè, diametraliter, semper vnum & eundem numerum præstabunt, videlicet 34.

Quod verum esse, singulas progressiones suprà expositas examinanti patebit, vbi eas modo iam dicto per dispositionem ostensam intra quadratum coëgeris, vt in tribus exemplis sequentibus patet.

				34
4	14	15	1	34
9	7	6	12	34
5	11	10	8	34
16	2	3	13	34
34	34	34	34	34

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

Propositio IX.

Numeros quoscumque tandem siue quadratos siue non quadratos pronicè disponere.

Cum hisce numerorum arcanis ardentius insisterem, cepit me desiderium cognoscendi, vtrum binarij aut ternarij, quæ quadrata non sunt, sed radices, in quadratorum huiusmodi dispositione locum habere possint. Quemadmodum itaque totum artificium in æquatione quadam, siue in excessu quodam & defectu numerorum consistere videbam, ita quoque tanta speculatione opus non fuit, vt negotium desideratum sortiretur effectum. Sic itaque operare. Ponantur primò numeri ordine naturali, quousque volueris: Ex:gr: Si numeros sub parallelogrammo, cuius vnum latus 2, alterum 3 habeat, disponere desideres: Sint numeri hi dispositi 1, 2, 3, 4, 5, 6. horum numerorum medietatem ordine retrogrado tribus primis supponantur, vt in exemplo patet: $\begin{array}{ccc} 1 & 2 & 3 \\ 6 & 5 & 4 \\ \hline 7 & 7 & 7 \end{array}$ & habebis quæsitum: hi enim numeri perpendiculariter sibi additi, eundem numerum constituent, videlicet. 7, 7, 7: ratio clarè patet, quia excessus inferiorum semper supplet defectum superiorum ad 7. Hoc pacto sint iam dispositi numeri ab 1. ad 6. deindè à 6 vsque ad 12, retrogrado numero, & stabit exemplum vt sequitur.

Ite-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a

0	1	2	3	4	5	6
12	11	10	9	8	7	6
12	12	12	12	12	12	12

Iterum ſint numeri diſpoſiti à 2 vſque ad 7. & hinc à 7 vſque ad 12. retrogredantur.

2	3	4	5	6	7
12	11	10	9	8	7
14	14	14	14	14	14

Aliud Exemplum
Sub quacumque proportione.

Diſpoſitio numerorum iuxta proportionem arithmeticã.	2	4	6	8	10	12	14	16
	30	28	26	24	22	20	18	16
	32	32	32	32	32	32	32	32

Diſpoſitio numerorum iuxta proportionem geometricã.	4	8	16	32	64
	124	120	112	96	64
	112	112	112	112	112

Patet itaque, quomodò numeri parallelogrammatici non quadrati diſponi debeant.

Iam verò ad eos progrediamur numeros, qui & ſi quadrati non ſint, intra quadratum tamen quouis modo diſponi queant ad vnam ſummam ex ſingulis tribus ſeriebus eruendam.

Fit autem hoc mira quadam Artis Combinatoriæ induſtria: Sint itaque hi tres numeri 1. 2. 6. intra quadratum ita diſponendi, vt ſingulæ ſeries 6 conficiant; hoc facilè te docebit Ars Combinatoria: cum enim tres numeri ſexies combinari queant, totiés quoque di-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

ſponi poterunt numeri, vt ſingulæ ſeries 6 conficiant.
Combinatio numerorum ſequitur.

1

6	1	2	3	6
6	2	3	1	6
6	3	1	2	6
	6	6	6	

2

6	1	3	2	6
6	2	1	3	6
6	3	2	1	6
	6	6	6	

3

6	2	3	1	6
6	1	2	3	6
6	3	1	2	6
	6	6	6	

4

6	2	1	3	6
6	1	3	2	6
6	3	2	1	6
	6	6	6	

5

6	3	1	2	6
6	1	2	3	6
6	2	3	1	6
	6	6	6	

6

6	3	2	1	6
6	2	1	3	6
6	1	2	3	6
	6	6	6	

In ſingulis hiſce quadratis combinatio numerorum differentiſſima eſt.

Alia Exempla.

4	5	6	15	7	8	9	24	10	11	12	33
5	6	4	15	8	9	7	24	11	12	10	33
6	4	5	15	9	7	8	24	12	10	11	33
15	15	15		24	24	24		33	33	33	

Quæ ſexies in ſex quadratis differenter diſponi poſſunt.

Pari ratione intentum tuum habebis, ſub quacunque numerorum proportione ſiue arithmetica, ſiue geometrica, excepta vna diagonali, vt in ſequentibus numeris patet.

Si

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a

I.	II.	III.	IV.
2 4 6	2 6 4	4 6 2	4 2 6
4 6 2	6 4 2	6 2 4	2 6 4
6 2 4	4 2 6	2 4 6	6 4 2
12 12 12	12 12 12	12 12 12	12 12 12

V.	VI.	*Combinationes*.
6 4 2	6 2 4	12
4 2 6	2 4 6	12
2 6 4	4 6 2	12
12 12 12	12 12 12	

Si præterea in ſequentibus tribus numeris artificium probes, idem ſemper numerus prodibit.

7	8	9	10	11	12	13	14	15
8	9	7	11	12	10	14	15	13
9	7	8	12	10	11	15	13	14
24	24	24	33	33	33	42	42	42

20	30	40	50	60	70
30	40	20	60	70	50
40	20	30	70	50	60
90	90	90	180	180	180

Et ſic de cœteris, quorum vnaquæque ſeries numerorum intra ſex quadrata ita combinari poſſunt, vt indè ex additione eorundem idem numerus reſultet.

Lector ex hiſce facilè colliget, quomodò ſagax ingenium datà qualibet numerorum ſerie ita per combinationem illos intra quadratum cogere poſſit, vt indè quælibet ſeries eundem reddat numerum.

Pro-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

Propositio X.

In Quadrato quarumuis cellularum quatuor numeros pronicos sub quacumque proportione datos disponere.

Sint dati hi quatuor numeri: 1, 2, 3, 4, vel 5, 6, 7, 8. & sic in infinitum per quatuor numeros procedendo, quos intra quadratum binarij ita dispones, vt singulæ series eandem summam efficiant. Quoniam itaque quaternarius iuxta combinationis leges vigesies quater combinari potest, vt nunquam eadem numerorum series occurrat, poteris ex vi combinationis eosdem ita disponere 24 modis, vt intra 24 quadratorum cellulas dispositi, nunquam in seriebus idem numerus, in seriebus tamen numerorum additorum eadem semper summa emergat; quæ res sanè meritò paradoxa videri possit, si Ars Combinatoria illam euidenter non demonstraret. Ponamus Exemplum in tribus quadratis, siquidem in 24 quadratis id nimis operosum foret. Quarè Lectori tantùm modum ostendisse sufficiat.

Com-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

I. Combinatio.

1	2	3	4	10
2	4	1	3	10
3	1	4	2	10
4	3	2	1	10
10	10	10	10	10

II. Combinatio.

1	3	2	4	10
2	4	3	1	10
4	2	1	3	10
3	1	4	2	10
10	10	10	10	10

III. Combinatio.

2	3	4	1	10
2	4	3	1	10
3	1	2	4	10
3	2	1	4	10
10	10	10	10	10

IV. Combinatio.

2	3	2	4	10
1	4	3	1	10
4	2	1	3	10
3	1	4	2	10
10	10	10	10	10

Et hoc modo vsque ad vigesimum quartum quadratum vnam & eandem rem mutare poteris, non amplius, exhausta nimirum combinatione quaternarij.

Si verò tibi proponantur quinque numeri in quadrato ita disponendi, vt singulæ series semper vnam & eandem summam conficiant, id 120 modis conficere poteris, in totidem quadratis differentissima numerorum dispositione.

Verùm vt admirandam combinationis vim videas, hic, quoties numeri in quadratis vsque ad nou narij quadratum differentibus modis, quorum series tamen collectæ vnam & eandem summam constituant, disponi possint, apponere visum fuit.

In

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a

In quadrato quaternarij, 24 modis disponi possunt hi numeri: 1,2,3,4.
In quadrato quinarij. 120 modis hi 1,2,3,4,5.
In quadrato senarij. 720 modis hi 1,2,3,4,5,6.
In quadrato septenarij. 5040 modis hi 1,2,3,4,5,6,7.
In quadrato octonarij. 40320 modis hi 1,2,3,4,5,6,7,8.
In quadrato nouenarij. 362880 modis hi 1,2,3,4,5,6,7,8,9.

Vt singulæ series vnum & eundem numerum conficiant. Et sic in infinitum; quæ res omnem humani ingenij intellectum superat.

Vsus horum numerorum.

Ægyptij putabant horum numerorum ope, Genios mundanos se attrahere posse, per mundanarum catenarum varias classes, quas σειρας vocant. Verum cum iam nos in Oedipo huiusmodi modum tanquam superstitiosum, & Satanicis illusionibus expositum reprobauerimus, de eo verba amplius non duximus facienda. Hoc certum tamen est, sub hisce nescio quid supremis ideis analogum latere, quod si quis ex confusa mundialium rerum miscella, in modum huic artificio haud absimilem reducere posset, ei nihil in naturalium rerum inquisitione denegatum assererem; quemadmodum enim in temerè congesta numerorum multitudine latet aliquid summè distinctum, & mirabilibus proprietatibus præditum, dum in eum ordinem digeri possunt,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

ſunt, vt idem ſemper numerus quomodocumque additus emergat, ita quoque in triplici Naturæ Regno latent res confuſæ, quæ tamen ad certas claſſes reductæ, admirandos tum in bonum publicum, tum in medicinæ vſum effectus præſtare poſſent. Exempli gratia: Si quis in claſſes quaſdam omnia quæ in triplici Regno ſunt Lunaris, aut Mercurialis, ſiue Venereæ, Solaris, Martiæ, Iouiæ, aut Saturninæ naturæ, in vnam claſſem reduceret, eum mirificum effectum in cura morborum, quæ claſſem datam reſpiciunt, profligandorum comperturum crederem. Si Chymici noſſent Sympathica mineralia in vnum aliquod corpus per Combinatoriam Artem reducere, ij forſan reperirent, quod hucuſque quæſitum fuit; latent enim ſub certis Combinationum effectibus res ita admirandæ, vt verbis ſatis deſcribi non poſſint. Quemadmodum enim numeri pronici ita diſponi poſſunt, vt ſemper idem & infallibilis numerorum effectus reſultet, ita ſi Medicus aut Chymicus variarum materiarum proprietates noſſet, is haud dubiè habita temperamentorum, ponderis, caloriſque ratione, ita materias in vnum attemperare poſſet, vt indè ſemper infallibilis effectus ſequeretur. Verùm cum de hiſce in Arte noſtra Combinatoria fusè egerimus, eò Lectorem remittimus, vbi & videbit; quomodo omnia in multitudinem diffuſa, tandem ad vnitatem, quam omnia naturaliter appetunt, reduci queant. his addam coronidis loco ludicrum artificium pronicorum numerorum ope inſtituendum, queis quiſpiam alteri occultos animi conceptus per epiſtolam manifeſtare poterit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

Steganographicum Artificium vsu horum numerorum instituendum.

Vsus sanè in Steganographicis, id est, occultandis sub obscuro scribendi genere arcanis, potissimùm mirabilis est. Sic autem procedas. Accipe ex quadratis numerorum quemcumque volueris; v. gr. Quadratum Nouenarij in cellulas suas diuisum, vti hìc vides; Intra hoc quicquid volueris tutè & secretò scribere poteris, solo numerorum ordine naturali se consequentium variè intra cellulas dispersarum beneficio. Si itaque hanc Epistolam sub secreto alicui Principi transmittere velles, illum primò monere deberes, quo quadrato vti velis; deindè scribis epistolam verbis vel integris, vel interruptis, iunctis vel disiunctis, perindè est, in cellulis iuxta naturalem numerorum seriem, ab 1 vsque ad 81 procedendo: quem accipiens correspondens, statim Nouenarij quadratum ante se exponet, & considerabit naturalem numerorum hinc indè dispersorum seriem, & iuxta horum ductum, leget disposita sibi intra quadratum simile, verba, & quod occultum erat, detectum reperiet.

Spe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

Specimen Steganographici Epiſtolij.

Clauis.

13	76	8	78	16	79	9	75	15
72	19	58	24	20	59	56	21	10
71	60	29	46	49	50	31	22	11
5	17	48	42	37	44	34	65	77
70	55	47	43	41	39	35	27	12
2	18	30	38	45	40	52	64	80
68	57	51	36	33	32	53	25	14
1	61	24	28	62	23	26	63	81
67	6	74	4	66	3	73	7	69

Epiſtola Steganographica.

moli-	con-	inimi	in	ſonã	finem	cus	ſorti-	tuam
tur	du		hunc			tuns	ter	per
vt	eorũ	circũ	nonã	quæ	valla	horã	in tui	quem
					bit		ru	
ra te	do-	re-	elu	veni-	enim	ata-	inam	noſti
	mum	rum		et		gas		
miſra	Nil	va-	ſtiuè	pro	tibi	benè	armis	ctis
		leas			in-		in-	quoq;
præ-	no-	dere	inten	vt tẽ-	&	pro	go te	ma-
pa-	ctis		tas	pe				gna
ſico	enim	tua-	tem-	ſidias	loco	mar-	turba	mili-
		rum	pore			tis		tibus
ita-	&	die	ſpi-	tibi	&	circa	qua	con-
que			cias					tra
ſigni	tuam	omit-	vt	cum	ver-	re ro	genti	vale
		tit		in-	gant			
vigila	ter	ſiſtas	hiſce	ſtru-	tibi	ei re	quod	&
				cta				

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a

Sit v. gr. Epistola in hunc sensum scripta.

1 2 3 4 5 6 7 8 9
Signi|fico tibi hisce, mi frater, quod inimi|cus
10 11 12 13 14 15 16
tuus, quem nosti, magna molitur contra tuam perso-
17 18 19 20 21 22 23
nam; nil enim eorum, quæ in tui ruinam vergant,
24 25 26 27 28 29 30 31 32
omittit. Quare rogo te, vt rerum tuarum satagas, &
33 34 35 36 37 38 39 40 41 42
tibi benè pro|spicias pro tempore & loco, vt tempestiuè
43 44 45 46 47 48 49 50 51
intentas tibi insidias elu|dere valeas. Veniet enim die
52 53 54 55 56 57 58 59
Martis circa nonam noctis horam, & circum|uallabit
60 61 62 63 64 65 66
domum tuam cum ingenti turba armis instructa;
67 68 69 70 71 72 73 74 75
Vigila itaque & præpara te, vt ei re|sistas fortiter,
76 77 78 79 80 81
condu|ctis quoque in hunc finem militibus. Vale.

Singula verba ponantur in suis cellulis iuxta numeros ijs inscriptos; nonnulla verba hìc diuisa reperies, quorum partes pones in cellis illis, quas numeri exprimunt. Hæc Litera à nemine mortalium intelligi poterit, nisi nouerit modum dispositionis numerorum intra quadratum, quæ est clauis ad arcanum enodandum;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

dum; Si enim iuxta naturalem numerorum seriem procedas in epistola scripta, & seorsim singula notaueris, tandem totam epistolam elucidatam reperies.

Hoc idem artificium in quouis alio quadrato exhiberi poterit. Qui verò nouerit varias dispositionis in præcedentibus insinuatas methodos; is mutando clauem secretum prorsùs reddet impenetrabile, & tantò quidem impenetrabilius, quantò in plures cellulas fuerit distributum. v. g.

Si quis sine hoc artificio procedere velit, is in hoc quadrato 81. numeros temerè & pro libitu disponere poterit, ordine vel recto, vel retrogrado, vel quouis modo intricato, & deindè hanc pro claui seponat, deindè eandem epistolam in correspondentibus numerorum cellulis iuxta verba & nomina disponet; & hoc quoque pacto artificium reddet impenetrabile. Hac arcana scribendi ratione exaratas non ita pridem literas ad me dedit Serenissimus S. R. I. Princeps Augustus Dux Brunsuic. & Luneburg. Principum literatissimus, qui & innumeros alios modos inuenit arcanè scribendi, quos in pulchra illa sua Cristologia, summo Principum emolumento mundo patefecit.

ARIT-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a

ARITHMOLOGIAE PARS III.

De Arabum Hebræorumque numeris, & mysticis sigillis, quæ ex ijs conficiebant.

CAPVT I.

De varijs modis quibus Hebræi & Arabes Sigilla sua conficiebant.

HAbent Arabes & Hebræi alium arcanum in Sigillis magicis conficiendis modum & notitiam, quæ sanè nec ingenio, nec admiratione caret, dummodò horrendis superstitionibus eum non polluerent; numeros enim 9, quos nos in quadrato ternarij posuimus, illi præter vsitatum nobis modum sic quoque ponunt.

Hoc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

Hoc itaque ex ternario confectum esse vides, siue ex duplici quadrato alteri inserto, cuius numeros in apicibus triangularibus si addideris, tres singulæ numerorum series additæ dabunt 15, & totidem numeri, qui partim externis, partim internis quadrati lateribus adscribuntur simul iuncti, vti examinanti patebit.

Atque hoc Sigillum ob mysticam suam dispositionem Saturno dicabant (de quo fusius in sequentibus) eò quod nomen زحل Zahel (Saturnum enim hoc nomine appellant) κ̄ τ̄ ἰσοψηφίαν in numeros resolutum 45 dat, tantum, quanta est omnium serierum summa, videlicet 45. quam obtinebis, si 3 in 15 vnius seriei summam, id est, 5. duxeris. De hoc Sigillo ita Abenpharagi Arabs in suo de Sigillis libello: *Hoc itaque Sigillum*, ait, *in singulis lateribus tres numeros habet, qui additi constituunt* 15. *quoniam* زحل *Zahel, id est, Saturni nomen eosdem in se continet; nam* ز *dat* 7. ح *octo, & ل* 30, *qui additi faciunt omnium ordinum additorum summam*. Hinc vana superstitione adducti, figuram hanc in alias formas contorquent, cui *iah* nomen diuinum ab Hebræis mutuatum, addunt è latere vnà cum nominibus Angelorum ad superstitionis augmentum.

ز	7
ح	8
ل	30
	45

Ga-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

Gabriel

iah iah iah

	٤	٩	٢	
iah	4	9	2	iah
	٣	٥	٧	
iah	3	5	7	iah
	٨	١	٦	
iah	8	1	σ	iah

iah iah iah

Michaël.

Hoc portantes, si quidpiam à Deo exoptare volunt, præmissa adiuratione per magnũ Dei nomen ה iah, putant infallibiliter se exauditum iri, circa id quod petunt. Et dolendum sanè est, tam ingeniosem atque arithmeticis mysterijs adeò refertam dispositionem tot nugamentis, tot quisquilijs, tot impijs absurdisque superstitionibus, vanisque obseruantijs obscuratam esse.

Missa sunt iam à longo tempore ad me varia huius farinæ Sigilla magica à Turcis, Arabibus, Hebræisque introducta, in quibus non solùm differentibus modis in numerorum pronicorum dispositione procedunt, sed etiam Arabica verba sue nomina & attributa Dei ita intra quadratum disponunt, vt in numeros resoluta, quaquauersum addita, eandem summam conficiant, cuiusmodi sunt sequentia quatuor Sigilla.

Nu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

1

Numeri Arabici.

٥	٤	٣	٢
٦	٧	٨	٩
١	٢	٣	٤
٥	٦	٧	٨
٩	٦	٣	٢

Numeri Latini Arabicis correſpondentes.

5	30	30	1
30	1	5	30
1	30	30	5
30	5	1	30

Summa vniuſcuiuſque ſeriei 66.

2

Numeri Arabici.

٤	٣	٢	١
٩	٦	٧	٨
٤	٣	٢	١
٨	٦	٧	٩
٥	٦٧	٥	٥

Numeri Latini Arabicis correſpondentes.

70	10	4	2
3	3	69	11
4	6	8	68
9	67	5	5

Summa vniuſcuiuſque ſeriei 86.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

3 واسع

Numeri Arabici.

ع	س	ا	و
٥	٣	٥٩	٧١
٥٨	٩٧	٨	٣
٣	٧	٩٩	٥٧

Numeri Latini Arabicis correspondentes.

70	60	1	6
5	2	59	71
58	68	8	3
4	7	69	57

Summa vniuscuiusque seriei 137.

4 حكيم

Numeri Arabici.

م	ي	ك	خ
٧	٨ ١	٩	١٨
١ ٩	٤٢	٨	٤١
١٩	٥	٤٣	١١

Numeri Latini Arabicis correspondentes.

40	10	20	8
7	21	9	18
12	42	6	41
19	5	43	11

Summa vniuscuiusque seriei 78.

5 رثزغ

Numeri Arabici.

ر	ي	ز	ع
ز	ع	ر	ي
ع	ز	ي	ز
ي	ز	ع	ز

Numeri Latini Arabicis correspondentes.

7	10	7	70
7	70	7	10
70	7	10	7
10	7	70	7

Summa vniuscuiusque seriei 24.

1 Primum Sigillum continet nomen Dei الله *Alla* ita intra areolas dispositum, vt singulæ numerorum series conficiant 66, qui est numerus Dei *Alla*, magnæ apud superstitiosos Arabes & venerationis, & in gratijs ob-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a

obtinendis efficaciæ, vt sibi persuadent. Tale & quintum Sigillum.

2 Secundum Sigillum ex nomine Dei بديع *Badia* quod liberalem & potentem notat, constitutum est, quod in numeros resolutum in singulis ordinibus quomodocumque sumptis, collectam numerorum summam dabit 86.

3 Tertium Sigillum ex nomine Dei واسع *Vasa*, quod amplum, latum, liberalem significat, constitutum est. hoc in numeros resolutum dat 137, quot nimirum Zurata Iunes, id est Capitulum Ionæ in Alcorano versus habet, quemque numerum singuli ordines continent.

4 Quartum Sigillum est ex nomine Dei حكيم *Hakim*, quod sapientem significat, constitutum: hoc enim in numeros resolutum dat 78, pro singulis numerorum seriebus.

5 Quintum Sigillum est ex nomine Dei عزيز *Aziz*, quod fortem & potentem significat, constitutum: hoc in numeros resolutum dat 94 pro singulis ordinibus. Hoc pacto omnia nomina Dei transmutant in Sigilla, summoque studio attendunt, vt numerus alicuius nominis Diuini, semper numerum versuum alicuius capituli, quas Zuratas vocant, in Alcorano adæquet: putantq; Mahumedem totum Alcoranum & singulas eius partes, supra hoc numerorum ratiocinium fundasse; de quibus fusè tractatum vide in Tomo II. Oedipi nostri Ægyptiaci Class. V. de Cabala Saracenica.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a

Est autem dispositio numerorum pronicorum pulchra; ita vt facilè etiam latinis nominibus accommodari possit, vt in sequentibus exemplis patet.

Alle. Arabicè Alla. Deus.

A	L	L	E		1	30	30	5	36
L	E	A	L		30	5	1	30	36
E	L	L	A		5	30	30	1	36
L	A	E	L		30	1	5	30	36
					36	36	36	36	

Hoc pacto quoque Nomina ΙΗΣΟΥΣ IESVS & MARIA disponi possunt, vt numeri quos nomina continent quomodocumque additi, eandem summam faciant. Nomen ΙΗΣΟΥΣ in numeros resolutum dat 888. Nomen verò MARIA, dat 152. illius meminit Sibilla de nomine eius vaticinando.

ὄνομα σῦ· μονάδες, δεκάδες, ἑκατόνταδες ὀκτῶ.

Nomen tuum 8 vnitates 8 denarij 8 centenarij

Re-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

Resolutio Nominis IESV in numeros pronicos.

ισοψηφία

I	10
H	8
Σ	200
O	70
Υ	400
Σ	200
	888

10	8	200	70	400	200	888
8	10	70	400	200	200	888
200	200	400	10	70	8	888
70	400	8	200	200	10	888
400	200	200	8	10	70	888
200	70	10	200	8	400	888
888	888	888	888	888	888	

ισοψηφία

M	40
A	1
R	100
I	10
A	1
	152

Maria.

1	5	2	8
5	2	1	8
2	1	5	8
8	8	8	

Hæc 3 octo Nominis Mariæ pulchrè alludunt ad Nominis Iesu ισοψηφίαν.

8 8 8

Vides itaque quomodo in vtraque *isopsiphia* idem numerus mystica quadam ratione pulchris sanè conceptibus apta, emergat. Attulit non ita pridem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

dem ad me linguæ ſanctæ peritiſſimus, Magiſter Franciſcus Griſendus alia huius ισοψηφίας paradigmata, ex Nominibus IESV & MARIÆ extracta, quæ cùm ingenium ſapiant, ea hìc apponenda cenſui. Prius eſt ex cap.4. v.13 libri Exod. extractum; *Mitte obſecro Domine, quem miſſurus es*; ex quo per ισοψηφίαν, hunc ſenſum extraxit. *Mitte obſecro Domine IESVM Meſſiam*; occulte quadam allegoria innuens, Moſen, dum hæc diceret, ad IESVM mundi Saluatorem, & verum Meſſiam reſpexiſſe: huic enim ſoli competebat Humanum genus, quod per Iſraëlitas exprimebatur, à ſeruitute Pharaonis; ideſt, ex Satanica tyrannide, eripere, idque in libertatem filiorum Dei reſtituere. Sed iam apponamus paradigma.

שלח נא ביד תשלח

id eſt; *Mitte obſecro Domine, quem miſſurus es*; cui ſequens textus ισοψηφία reperitur,

שלח נא יהושע המשיח

Mitte obſecro Domine IESVM Meſsiam. ισοψηφία vero vtriuſque textus ſequitur.

I. Pa.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a

I. Paradigma.		*II. Paradigma.*			
ש	300	ש	300		
ל	30	ל	30	ע	70
ח	8	ח	8	י	10
נ	50	נ	50	נ	50
א	1	א	1		
ב	2	י	10	ל	30
י	10	ח	5	מ	40
ד	4	ד	6	ר	4
ת	400	ש	300		
ש	300	ע	70	מ	40
ל	30	ח	5	ם	40
ח	8	מ	40		
		ש	300	ח	5
		י	10	א	1
		ח	8		
	843		843		290

מ	40
ר	200
י	10
ם	40
	290

Alterum ἰσόψηφον ex prouerb. 30. v. 19. extractum, formam seruat Cabalæ Notariacæ, vbi sapiens 4. vias miratur, quarum quarta est *via viri in adolescentia*, vti sequitur.

דרך גבר בעלמה

id est *via viri in adolescentia*. vbi nonnulli interpretes pro עלמה, exponunt Virginem puram & immaculatam viro incognitam, cui appositè sanè respondet sequens sensus.

דרך גבר במרים

id est *via viri in Maria Virgine*, quasi abdita allegoria allu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

alludens ad illud, *Mulier circumdabit virum*; id eſt, Maria Virgo in vtero ſuo Virginali concipiet virum, id eſt, Chriſtum Deum & hominem, atque huius viri viam ſapiens mirabatur, dum incomprehenſibilem Filij Dei in vtero Virginali conceptionem comprehendere non poſſet; numerorum ἰσόψηφια pulchrum myſterium explicat. Si enim vocem מ'ע, ſecundum literas integras ſcripſeris עין למד מם הא respondebunt ij numeri numeris in voce מרים comprehenſis, vt in II. Paradigmate patet.

Innumera huius methodi argutijs referta paradigmata adducere poſſem, ſed hæc curioſioribus euoluenda relinquo. Quare Hebræorum in diſpoſitione dictorum numerorum methodum exponamus.

Hebræorum Cabaliſtæ haud ſecus ac Arabes Arithmomantiæ Pithagoricæ ſimiæ, omnia ſua ſecretioris philoſophiæ, verius ſuperſtitionis monumenta hiſce repleuerunt. Legerant enim iſti multa de arcaniſſima numerorum diſpoſitione Aegyptijs vſitata. Legerant apud Arabes admiranda de 7 planetarum ſigillis, eorumque numerica conſtitutione myſteria; vnde nil non egerunt, quam vt tanto ſuperſtitionis thesauro potirentur. Nam quemadmodum in noſtro Oedipo Part. II. Synt. VI. de Cabala Saracenica, & Synt. XI. de Magia hieroglyphica oſtendimus, Aegyptij excogitarant certos quoſdam & arcanos numeros, quos 7. principalibus Dijs dedicabant, quorum in ſuo de cultu Aegyptiorum libello meminit Abenuaſchia Arabs. Verba eius ex Arabico in Latinum traducta hæc ſunt.

Erant

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a

Erant Aegyptijs Sacerdotibus septem numeri, quos & 7 Dijs consecrabant, videlicet Saturno, Ioui, Marti, Soli, Veneri, Mercurio, & Lunæ.

		Radix	Quadrata	Series	Summa omnium	
Hi numeri	Saturno	3	9	15	45	quorum prior 3 radix, 9 quadrat. 15 series, summa serierum 45.
	Ioui.	4	16	34	136	quorum prior 4 radix, 16 quadratum, 34 series additæ, 136 summa serierum, & sic de reliquis.
Cõsecrabãtur Dijs Aegyptijs.	Marti.	5	25	65	325	
	Soli.	6	36	111	666	
	Veneri.	7	49	175	1225	
	Mercurio.	8	64	260	2080	
	Lunæ.	9	81	369	3321	

Hisce numeris tantum Pythagoras tribuisse dicitur, vt nil non in rerum natura demonstrare se posse arbitraretur. Hi enim intra quadrata sua eo quo supra diximus modo dispositi, eam proprietatem præseferunt, vt series perpendiculares, transuersæ, diagoniæ, quomodocumque sumptæ, & inter se additæ, eundem semper numerum exhiberent, quem in singulis numeris tertia columna ostendit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

Vocabantur verò hæc Sigilla Deorum, ſiue quod idem eſt, præſidium 7 ſtellarum errantium, eo quod ſub ijs iuſta quadam præſumptione dominium, rerumque cunctarum adminiſtrationem exprimi crederent. Vndè fieri non poſſe arbitrabantur, quin mirifica quoque vi ad dictos genios, attrahendos, ſuique iuris faciendos pollerent. Verum vt hæc innoteſcerent, hic quadrata ſingulorum vnà cum numeris apponenda duxi.

Sigillum ♄

4	9	2	15
3	5	7	15
8	1	6	15
15	15	15	

Sigillum ♃

4	14	15	1	34
9	7	6	12	34
5	11	10	8	34
16	2	3	13	34
34	34	34	34	

Sigillum ♂

11	24	7	20	3	65
4	12	25	8	16	65
17	5	13	21	9	65
10	18	1	14	22	65
23	6	19	2	15	65

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

6	32	3	34	35	1	111
7	11	27	28	8	30	111
19	14	16	15	23	24	111
18	20	22	21	17	13	111
25	19	10	9	26	12	111
36	5	33	4	2	31	111

Sigillum ☼

22	7	16	41	10	35	4
5	23	48	17	42	11	29
30	6	24	49	18	36	12
13	31	7	25	43	49	37
38	14	32	1	26	44	20
21	39	8	33	2	27	45
46	15	40	9	34	3	28 175
						175

Sigillum ♀

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a

8	58	59	5	4	62	63	1	
49	15	14	52	53	11	10	56	
41	23	22	44	45	19	18	48	
32	34	35	29	28	38	39	25	Sigillum ♀
40	26	27	37	36	30	31	33	
17	47	46	20	21	43	42	24	
9	55	54	12	13	51	50	16	
64	2	3	61	6	6	7	57	260
							260	

Hiſce Sigillorum figmenti plena reperies omnia Cabaliſtarum monumenta. Hebræis ſanè ita arriſit hoc arithmeticum arcanum, vt illud innumeris pœnè amuletis applicarint, cuiuſmodi non ita pridem explicandum meæ tenuitati committere dignatus eſt magnus quidam Princeps ſapientiſſimus. Erat illud Numiſma aureum, cui in antica parte Sigillum Solis impreſſum ſpectabatur: in poſtica verò parte currus, quo Genius Solis vehebatur, veluti homagium daturus Ioui, varijs ſymbolis adornatus, vt in oppoſita figura patet, cuius expoſitionem paulò poſt exhibebimus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

37	78	29	30	21	62	13	54	15	
6	38	79	30	71	22	63	14	46	
47	7	39	80	31	72	32	55	15	
16	18	8	40	81	32	64	24	16	Sigillum ☉
57	17	49	9	41	73	33	65	25	
26	58	18	50	1	42	74	34	66	
67	27	59	10	51	2	43	75	35	
36	68	19	60	11	52	3	44	76	
77	28	69	20	61	12	53	4	45	369

369.

Nu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

Numeri qui Hebraicis literis respondent hi sunt.

6	32	3	34	35	1
7	11	27	28	8	30
19	14	16	15	23	24
18	20	22	21	27	13
25	29	10	9	26	12
36	5	35	4	2	31

Est hoc Sigillum Solis idem prorsùs cum ijs numeris, quos in præcedenti quadrato senarij exhibuimus: Hebræos enim loco numerorum literis vti notum est, sed iam ad expositionem singulorum progrediamur. Quadratum circulo inscriptum est, in cuius latere dextro legitur hoc nomen נגיאל *Nachiel*, quo Angelum splendoris siue solarem Genium, aut etiam Intelligentiam Phoebeam notant: hunc enim per huiusmodi amuletum portatum, ad votorum complementum attrahi posse sibi falsò persuadent. In altero latere habentur illa verba hebraica, הם אלה, id est, *& sunt illæ*, scilicet literæ numerales mysteria Genij solaris continentes. In fronte verò sunt duo sceptra in decussim conformata, atque catenæ implicata, quo magico charactere indicant solaris Genij duplex in Cœlestis atque

Expositio numerorum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a

que Elementaris administrationem, supremum dominium, catenæ solarium rerum implicatum. Basis verò continet characterem magicum signi ♈, in cuius exaltatione Numisma hoc ad influxiuam solaris Genij vim obtinendam cusum fuit. Constructio autem Numismatis hoc artificio, seu potiùs superstitiosa cerimonia concinnatur à Magis, teste Abenpharagi Arabe, *Accipe sex drachmas auri puri, & fac ex eo laminam rotundam, in qua insculpes tabulam Sigilli Solis existentis in sua exaltatione, vel in proprio gradu* ridiculè *vel decimo nono gradu Arietis, scilicet ad finem mensis Nisan: quo facto suffumigabis eam cum croco* (est enim crocus vegetabile solaris naturæ) *& lauabis aqua rosacea, in qua sint dissoluta muscus & camphora* (itidem solaris naturæ species) *deinde inuolue in serica croceo* (quibus omnibus solarium rerum catena ne dicam diabolica indigitatur) *& porta*. Sequitur iam fortuna ridicula, qua portans eam beari creditur, Abenpharagi eius virtutem his verbis exponit: *Reddet huiusmodi lamina portata te bene fortunatum in omnibus rebus, & timebunt te omnes homines & impetrabis à Regibus & Principibus quidquid volueris pro te, vel per nuncium aliquem ad illos missum, & recuperabis amissa, & Deus ponet benedictionem in te, & in omnibus rebus tuis. Et in figura Solis, & in Sigillo eius, quod à tergo scribi debet, est magnum secretum, & vocatur creator, lux, perfectus, potens, gloriosus, vita, virtus, refulgens, magnus, & virtute lucens: Angeli autem Solis sunt Anaël & Raphaël; effectus verò quos in gestantibus illud præstat vti ridiculi sunt & va-*

vanitate conferti, ita ne plus æquo curiosis scandalo sim, consulto omittenda duxi. In præsenti Numismate vnius solummodo Angeli Nagiel נגיאל nomen habetur, & in posteriori facie additur quoque nomen Angeli יפיאל Iophiel; verum cum hæc nomina Angelorum synonyma sint, ijs promiscuè passim vti solent. Nagiel enim Genium splendoris, Iophiel Genium pulchritudinis significat: alij eum quoque Raphaël ob medicam Solis virtutem, cui præest, alij Schemschiel à Sole vocant: quæ cum in Cabala Hebræorum exposuerim, eo Lectorem remitto. Ad hyeroglyphicum verò quod posticæ parti inscriptum est, eius interpretatio hæc est. Currus rotis instructus, notat velocitatem motus solaris: Griphus currui adsistens, vehementem Solis virtutem omnia penetrantem, quod caput aquilinum cum alis expansis, innuit robur Solis in Leone domo sua potissimum constituti: figura ridicula diademate coronata, Genium solarem significat, cuius dominio & administratione, 4 anni Tempora per quatuor equos indigitata disponuntur ad earum omnium vberrimum prouentum. E regione huius, Iuppiter throno insistens solita sua aquila stipatus cernitur, cornuto capite, quo πᾶν quoque Græci Iouem effingere solent. Est enim sub symbolico sensu Pan nil aliud, nisi Vniuersum, cui præ esse dicebatur Iuppiter. Videtur autem solaris Genius curru suo se se Ioui sistere, ceu supremo rerum omnium moderatori, vt iusia eius in administratione rerum capescat. Iuppiter verò eidem veluti assurgens, extensis brachijs ei benedictionem impertiri vide-

Hieroglyphici expositio.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

videtur. Atque hæc est expositio Numismatis huius Cabalistici siue magici, quo solita ijs vanitate montes sibi aureos promittunt maleferiata hominum pectora; de quibus pluribus actum vide in Oedipo Ægypt: Tomo II. Synt. XI. de Magia hieroglyphica.

ARITHMOLOGIAE PARS IV.

Arithmomantia Gnosticorum per ἰσοψηφίαν: siue, de arcanis numerorum, queis Gnostici Hæretici primi sæculi ad magicas operationes vtebantur.

PRAEFATIO.

ANtequam ad magica Gnosticorum amuleta periammata seu Sigilla magica exponenda progrediamur, ad faciliorem quæ sub ipsis latet rerum, nominum numerorumque intelligentiam, paulò altiùs argumentum abstrusa notitia refertum ordiri visum fuit. Vt plurimum enim quemadmodum Arabes pronicis numeris, ita Gnostici & Cabalistæ æquali diuersorum nominum calculo, ad magnæ virtutis mysteria, quæ sub ipsis diuina di-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

ſpoſitione latere perperàm ſibi perſuadebant, denotanda vtebantur. Quid vero ſint numeri ἰσόψηφοι, quid pronici, fusè in arithmologiæ noſtræ Parte expoſitum fuit; quare ad inſtitutum progrediamur.

CAPVT I.

De ſuperſtitioſæ Gnoſticorum Sectæ origine, modo, ratione.

NOtandum eſt plæroſque iſtius primi à Chriſto ſeculi ſectarum conditores, qui nomine tenus Chriſtiani, olim in magiſtri Diaboli verba iurarunt, Aegyptios natione fuiſſe: Atque hoſce eoſdem gnoſticæ impietatis architectos, abominabiles veterum Aegytiorum ſuperſtitiones, ritus, cerimonias ab inferis Diabolo myſtagogo reuocaſſe, teſtantur abominanda eorundem ſacrificia, artes magicæ, atque alia execranda ſcelera, quæ quam amplissimè deſcripta vide apud Irenæum, Tertullianum, Epiphanium, Philaſtrium, Auguſtinum, Theodoretum, Baronium alioſque. Inter Gnoſticos verò, qui ſe ſe hoc nomine ab excellenti rerum humanarum diuinarumque, quam iactitabant cognitione dici volebant, potiſſimùm abominationibus infames memorantur Marcus ille Aegyptius necromantiæ notà, & ſpurciſſimis incantationibus deteſtandus; Baſilides Luxuriæ Magiſter, & cœnoſi dogmatis aſſertor Carpocrates, Valentinus quoque & Cerinthus,

Qui les & quanam Gnoſtici.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a

thus, Aegyptiorum ritu ac superstitionum cultores sectatoresque; Borboritas quoque, βορβορίτας nominabant idest lutosos cœnososque, ob nimiam illam vtique, qui in sacris priapæis ac Ihyphallijs dicebantur exercere monstruosam sœditatem, turpitudinesque prorsùs horrendas atque abominandas, queis quisque tanto censebatur esse sanctior, quanto propudiosiores libidinis exsatiandæ rationes adinuenisset: de quibus suprà citatos Authores lege, eaque quæ de hisce in Oedipo Aegyptiaco tom. 2. sintag. I. descripsimus. verum vt Lector doctrinæ, quam profitebantur, rationem, Cacodæmonumque veriùs, quam Deorum fabricam luculentiùs cognoscat, ab eo, vt dici solet, rem ordiar.

Turpia Gnosticorũ dogmata.

Non sufficiebat Gnosticis grandia Aegyptiorum non mysteria, sed scelera ab orco resuscitasse, sed vt magnum quid, nouum, exoticum insolitumque fraudulentis machinis, quo mortales incautos intricare possent, mundo exhibere viderentur, nouam monstruosamque Arithmeticæ, verius ἀριθμομαντείας Characteristicam artem, non ex Aegyptiorum dumtaxat adytis reuocatam, sed & ex Cabalisticis Hebræorum figmentis, nec non ex Pithagoricæ doctrinæ Platonicorumque principijs conflatam, atque ex impijs veterum Magorum saranica officina depromptis lacinijs centonibusque consarcinatam protulerunt, qua sacra profanis, pijs impia, religiosa superstitiosis, venerandos sacrorum Codicum textus execrandis gentilium dogmatis summa confusione miscentes, prorsùs absonam, πολύμορφον, monstruosam, ac rectæ rationis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a

dictamini è dimetro repugnantem doctrinam architectati sunt.

Primò itaque hi non scientiæ, sed scelerum fabri, pro fundamento doctrinæ suæ, teste Irenæo, ponebant τετρακτύς, seu quaternionem illum pythagoricum, quo quæcumque existunt, constare dicebant, atque hunc ΔΕΛΤΑ vocabant, eo quod Δ quaternarij apud Græcos nota sit, quoniam verò Δ trianguli signum exprimit, Hierophtantas Aegyptios imitati, principium illud omnium triunum innuebant, quemadmodum enim triangulum prima figurarum est, ex qua vti omnes ceteræ componuntur, ita in eam cunctæ tandem resoluuntur: hoc verò principium rerum omnium triunum, nunc *propatorem* ac *proarchen* cum Græcis, modo cum Hebræis *Ialdaboth*, id est Patrum genitorem vocabant, eundemque sub tribus portentosis nominibus, *Abraxas*, *Iao* & *Sabaoth* denominabant, quæ nomina in tanta veneratione tenebant, vt in magicis eorum sigillis nihil frequentiùs, vti posteà dicetur, obuium sit.

Tetractys pythagorica quid?

Nominum exosticorum expositio.

1	α	λ
2	ε	ο
3	ρ	γ
4	η	ο
5	τ	ς
6	ο	ξ
7	ς	ω
8	η	η
9	σ	α
10	η	η
11	γ	θ
12	η	ε
13	ϖ	ω
14	α	ϖ
15	τ	ο
16	η	ς
17	ρ	ε
18	α	κ
19	λ	κ
20	η	λ
21	θ	η
22	ε	σ
23	ι	ι
24	α	α

Porrò per hoc delta *propatoris* siue *Ialdaboth*, quadruplicem virtutem notabant, & sunt, teste Irenæo, ἀρρητος, σιγὴ, πατὴρ, ἀλήθεια, hoc est, ineffabilis, silentium, Pater, Veritas: suntque hi iuxta eorum ridiculam doctrinam 4 Aeones supramundani à propatore geniti; Rursùs ex quaternione illo ineffabili, alium quaternionem fingebant oriri, & sunt λόγος, ζωὴ, ἄνθρωπος, ἐκκλησία; hoc est, sermo, vita, homo, Ecclesia. Quorum vterque 24 literis constat, tot videlicet, quot alpha-

be-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

betum literas habet, vti in margine patet. Atque vti ex hisce 24 literis omnia componuntur, ita quoque supremi ipsius numinis προπάτορος sub humani corporis figura effigiati membra singula binis literis insigniebant, quo quidem nihil aliud, quam hylæos, siue inferiores mundos in archetypo *propatoris* siue *Ialdaboth* contineri innuebant: quæ fusiùs apud Irenæum tractata vide.

Sequitur Schema.

Caput	A	Ω
Collum	B	Ψ
Humeri	Γ	X
Pectus	Δ	Φ
Cinctum	E	Υ
Venter	Z	T
Verenda	H	Σ
Fœmora	Θ	P
Genua	I	Π
Tibiæ	X	O
Crura	Λ	Ξ
Pedes	M	N

Atque ex hac combinatione membrorum humani corporis cum literis omnia componi asserebant, Cabalistas seculi, qui eodem prorsùs modo in tabula צירוף *Syruph* in combinatione Atbasch procedunt, vti in Cabala Hebræorum II Oedipi tomo ostendimus; Ex hac quoque omnem illorum Aeonum, quos ex illis fingebant phanaticam turbam resultare asserebant. Quemadmodum enim Aegyptij ex certis symbolis Deorum catenas, quas σείρας vocabant, fabricabantur, vt in Oedipo ostendimus, ita hosce Gnostici imitatores suorum Aeonum catenas fabricabantur. Ex duplici itaque quaternione supra allegato, ὀγδοάς, siue octonarius Aeonum nascitur: si verò quaternionis numeros expansos 1 2 3 4 in vnum colligas, nascetur alia Aeonum decas, hos 10 Cœlis, quos fingebant, præsidere aiebant.

Hominis membra ex literis constituta.

Stolida Gnosticorum figmenta in octonario.

Ex

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a

Ex octonario verò & quaternario additis δωδεκάς, id-est duodenarius Aeonum resultat, quos duodecim signis Zodiaci præesse affirmabant: rursùs 8 10 12. id-est, ogdoade, decade & dodecade additis inter se, 30 proueniunt Aeones, tot quot in vno Zodiaci signo sunt gradus, 30. hi denuò per 12 multiplicati, producunt summam Aeonum 360. tot videlicet quot dies in anno sunt, quorum omnium præsidem ΑΒΡΑΧΑΣ dicebant. de quo S. Hieron. in 3. Cap. Amos, his verbis: *Basilides*, inquit, *Gnosticorum caput, omnipotentem Deum portentoso nomine ἀβραξας appellat, eundemque secundum Græcas literas, & annui cursus numerum, dicit in Solis circulo contineri quem Ethnici sub eodem numero aliarum literarum Meithram vocant*, quod verum esse paulò post ostendemus. *Abraxas* itaque sidereus seu solare Numen, post *Abraxam* illum supramundanum, nil aliud est, quam Aeon seu Genius solaris, quem Græci Osirim, Persæ μιθραν dicebant, eumque, vti in Magia hieroglyphica Oedipi nostri ostendimus, vt plurimum capite galli gallinacei, vtpotè volucris solaris naturæ, scutica, lorica, scutoque probè munitum, nec non serpentinis pedibus formidabilem, vnà iunctis nominibus ΙΑΩ ΑΒΡΑΧΑΣ, exprimebant. Subindè sub forma Harpocratis sigillionis supra florem Loti cum inscriptione ΙΑΩ ΣΑΒΑΩΘ exhibebant, quæ omnia fusius exposita vide citato loco Oedipi. Esse verò Abraxas annui cursus præsidem, ἰσοψηφία literarum numerorumque sat demonstrat: hoc enim vti & μιθρας in numeros resolutum, dat 365 dierum totius anni

30 Aeones.

Abraxas quis?

Mydras est genius solaris.

IAO quis?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

anni numerum. Horum itaque ectypa, ceu magnorum mysteriorium promocondos, gemmis Aeonis alicuius virtutibus analogis sub certo ascendente astrologica arte, nunc sardio aut corniolæ, modo Topazio aut Achati similibusque contra malorum insultus incidebant, cuius & gestatione propitij insculpti numinis influxu liberos, tutosque se futuros sibi imaginabantur. Verum ne quicquam eorum quæ huc vsque dicta sunt, nostro sensu aut coniectura asseruisse videamur, dicta S. Irenæi illiusque commentatorum authoritate stabilienda duxi. *Aiunt enim Gnostici*, inquit Irenæus eiusque Commentator Billius Abbas, *esse quendam in sublimi illo & supramundano Archetypo qui nec oculis cerni, nec voce vlla nominari queat, perfectum & supremum Aeonem, omnibus præexistentem, quem νοῦν dicebant atque ex hoc νοῦ siue mente processisse sermonem & vitam λόγον καὶ ζωήν, & ex hisce ἄνθρωπον καὶ ἐκκλησίαν, hominem & Ecclesiam: Atque hunc geminatum quaternionem esse primigenium ὀγδοάδα seu octonarium, ex quo tanquam ex radice omnes Aeones ad propateris gloriam productos aiunt: atque ex his, 10 alij Aeones, quos ex sermone & vita ortos dicunt, atque ex hys 30 alij, quod ἀόρατον πλήρωμα, siue inuisibile pleroma impetiuum in ogdoadem, decadem & dodecadem diuisum fingunt.* Ogdoadem verò matrem Achamoth septem cœlos condidisse, quos Irenæus hisce verbis recenset. *In primo quidem cœlo esse Iao principem, in secundo Sacham, in tertio Seth principem, in quarto Daden, in quinto Elohaum, qui & Adoneus dicitur, in sexto Ialda.*

Abravas tot numeros cõtinet, quot in anno dies.

Astrologia omnes magicas operationes ingreditur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

dahoth, in ſeptimo Sabaoth conſtituunt: Sabaoth autem dicunt formam habere porci aut aſini: atque his quidem magnum quid apud imperitum vulgus, nec non ingentia Sanctitatis Sacramenta docuiſſe videbantur: Quæ tamen nomina non niſi è ſuperſtitioſa Hebræorum Cabala extracta ſunt. Nam, vt ſupra diximus, IAΩ non niſi ex nomine Dei tetragrãmato יהוה Iehoua contracto corruptoque originem inuenit, quo Iouem innuebant, quaſi dicerent Ioua, aut Iehoua. Elohæus & Adonæus à duobus nominibus אלוה, אדני Eloha & Adonai, quæ Deum & Dominum notant; Ialdaboth à ילד אבות id eſt genitore Patrum. Oreus ab אור quod lucem, Sabaoth à צבא quod exercitum, Aſtaphæus à סחף quod lauare, mundare ſignificat, nomen inuenit. Vocant autem principales hoſce Aeones ophionios ſiue ſerpentinos, eo quod Ialdaboth ſupremum ordinis ſui Aeonem, quem callidiſſimum ſerpentem dicunt, diuinorum arcanorum explorationi curioſiùs inſiſtentem à cœlo præcipitaſſe ferunt; qua de cauſa poſteà & eundem Ialdaboth formam ſerpentis, ad formidinem cœteris incutiendam induerit. Atque hoc pacto omnes à Ialdaboth procedentes Aeones ophioneos, id eſt ſerpentinos dictos fuiſſe, quos & in ſigillis ſuis ſculpturiſque ſacris ſerpentino habitu ſub nominibus Iao & Sabaoth exprimunt, addunt & his Angelos Archangeloſque adnumerari; queis quidem hiſce nil niſi aut Typhonis cum Oſiride certamen indigitari quis non videt? atque huc vſque Irenæus eiuſque Interpretes.

Deriuatio nominum peregrinorũ Gnoſticis vſitatorum.

Cur Aeones Orphioneì ſint dicti.

CA-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a

CAPVT II.

Sigillorum magicorum, seu Telesmatum ex imis Gnosticorum principijs veritas exponitur.

CVm à diuersis iam multis ante annis huius farinæ superstitiosa Breuia seu periammata ad me transmissa sint, opera pretium me facturũ existimaui, si ea hoc loco ad cautelam curiosorum hominum vnà exponerem. Hæc enim Magi Gnosticorum discipuli, varijs lapidibus gemmisque, pro analogia rerum votis eorum congrua incisa, tùm contra varios malorum euentus, tùm ad animos mortalium ad vota sua trahendos, modò in cordis, iam in linguæ, capitis, oculorumque figuram adaptata gestabant. In Rubino inscripta monstruosa supradicta nomina, figura magica conueniente, tùm contra omnes igneos morbos, tum ad fortunam, felicitatem, Principumque fauorem & gratiam acquirendam, multùm posse sibi persuadebant. Ad diuitias, amores, dignitates, prosperitatemque itinerum, nunc Crystallo, modo Achati aut Amethysto, Topaziove, prò virtutis, qua gemma credebatur pollere, ratione inscribebant. Ne itaque superstitiosi homines huiusmodi satanicis laqueis irretiantur, imò ea cane peius & angue fugiant, radices superstitionis, prout à multis iam ad id præstandum instigatus fui, ad Gloriam Dei, & salutem animarum hic aperiam.

Superstitiones Gnosticorum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a

Amuletum Gnosticorum ex Museo Eminentissimi Francisci Cardinalis Barberini.

Primum itaque quod non ita pridem mihi exponendum Eminentissimus Franciscus Cardinalis Barberinus è suo Cimeliarchio depromptum transmisit, est sequens. quod minuta interpretatione expositum hic curioso Lectori exhibeo.

Sigillum I. Magico-Gnosticum.

Prima facies. Secunda facies.





Lectio continuata.

✳ Σ EEE MAXEI OV CABAΩΘ BHA BAACOVMHΘ OPOMAΞH CABAΩΘ MΩIΩT ANΩBI MIKAHA ΓABPIHA NEOPIHA ABPAΞI AKOVAMNHP AIAΦYAAZON AAEΞANΔPON.

Interpretatio.

Zebaoth Elan Elan Elan. Pugna ò Sabaoth, Bel, Balsumith, Oromaze, Sabaoth, Moioth, Anubis, Mi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a

Michaël, *Gabriël*, *Neoriel*, *Abraxas luminis superni affusor*, *custodi Alexandrum*.

Est itaque hoc telesma siue magicum sigillum in Sardio lapide, quem & Corniolam vocant, sub certo ascendente astrologica arte, ne quid superstitionis deesset, incisum; quod in prima seu anteriori facie serpens, qui caudam suam mordet, ambit; intra cuius oualem figuram primo loco occurrit figura ✳ octonis radijs conspicua cum literis ϛ EEE. Per serpentem notatur ophionius Aeonum Princeps *Ialdaboth*, *Iao*, *Sabaoth*, de quibus paulò ante sat dictum: per ✳ octonarius ille seu ὀγδοὰς Aeonum ophionia notatur, cuius ille præses & caput est, triunum videlicet rerum principium; quod characteres ϛ EEE significant; quasi per inuocationem dicerent, Ogdoadis ophioniæ princeps *Zabaoth Elan*, *Elan*, *Elan*, *Dominus Deus*, *Deus*, *Deus noster*; vbi nota *Zabaoth* eundem esse cum eo quem supra παντάδεσπα, πρωτοχίν, aut hebraico nomine *Ialdaboth*, id est Patrum genitorem, seu Patrem Patrum Gnosticos dixisse supra ex Irenæo retulimus, quem etiam cum *Abraxas* confusum reperio. Marcus vnus è Gnosticorum Coryphæis sat ridiculo sanè nomine eum pariter, vti Irenæus testatur, *Caulaucauch* vocat, cuius significatio vti nulli interpetrum in mentem venit, ita mearum partium esse ratus sum illam è tenebris eruere. Verbum hoc *Caulaucauch* ex Cabala Hebræorum desumptum, Angelum lucis notat, erueruntque illud ex hebraco textu Cap. 28. Isaiæ, vbi sic dicitur. צולצו צולצו קו לקד קולקו id est, *manda*, *re-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a

ע	90
ו	6
ל	30
ע	90
ו	6
ע	40
ו	6
ל	30
ע	90
ו	6
ק	100
ו	6
ל	30
ק	100
ו	6
ק	100
ו	6
ל	30
ק	100
ו	6
	888

manda, *expecta*, *reexpecta*. atque ex harum literarum numeris κ̃ τ̃ ἰσοψηφίαν numerum formant 888, numero in Nomine IESV ΙΗΣΟΥΣ contento correspõdentem; adeoq; ipsum Christum abdita quadam ratione, tametsi impiè, insinuarunt ἰσοψηφίαν numerorum in margine positam vide; de quo nomine Irenæum consule quàm vberrimè discurrentem; quomodo videlicet *Ialdaboth* genuerit Aeonem *Caulaucauch Orimazem*, id est inuentorem lucis; quomodo *Abraxas* Aeonem anni solaris præsidem, & *Iao* Cœlorum Principem; Vt proindè satis mirari nequeam, quid phanaticis hisce hominibus in mentem venerit, vt scientiam nouam ex ijs rebus quæ vti friuolæ sunt, ita subsistere non possunt, conditam insolentiùs mundo obtrudere tam inscitè & inconcinnè philosophari in numeris nominibusque textuum S. Scripturæ, etsi ἰσοψήφους, quo ad rem tamen incongruis, non sint verecundati; vt potè quæ nec vllam ad se inuicem connexionem, neque certitudinem obtinent, in numeris potissimum, qui & ad bonos & malos, imò oppositos contrariosque sensus accomodari facilè possint. Est hæc Cabalistarum Gnosticorumque temeritas & amentia, quà quid quid ad intentum eorum comprobandum, de certitudine aut veritate allusionis parum solliciti, assumebant, dummodo noua, inaudita, abstrusa hominibus sucorum huiusmodi nescijs, protulisse videri possint, & in adducto nomine *Caulaucauch* luculenter patefit. Quid enim *Caulaucauch* ad diuinum IESV Nomen, aut ad textum supracitati Isaiæ per ἰσοψηφίαν numerorum allusio-

ΙΗΣΟΥΣ	IESVS.
Ι	10
Η	8
Σ	200
Ο	70
Υ	400
Σ	200
	888

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

sionemque habeat, equidem despicere nequeo. Vndè rectè S. Irenæus ait: *Satanicæ artis esse, Sacræ Scripturæ dictiones tot tantisque modis non dumtaxat adulterare, sed & rectè expositas ad immanes fabulas & superstitiones, imò & Idolorum effectiones formasque, atque statuarum figmenta tum ad errores suos apud simplices homines per horrenda huiusmodi nominum monstra euulgandos, tum ad nonnullam turpi & fabulosæ arti conciliandam existimationem applicare.* Verum cum huiusmodi argumenta fusiùs in Oedipo perstrinxerimus, eo Lectorem remittimus. Interim ad institutum reuertamur. Sequuntur iam in Sigillo verba MAXEI OV CABAΩΘ id est, *pugna ò Sabaoth* μάχει deriuatur à græco verbo μάχομαι, quod certare, pugnare, & defendere significat, OV idem quod ω vocatiui particula. Quid vero per Sabaoth intelligatur, iam in præcedentibus expositum fuit. Sequitur modo in contextu verborum BHA BAACOVMHΘ, *Bel Balsumith* quæ pariter ex Chaldæo בעיל Bel, & hebræo בעל שמים etsi voce ægyptiaca *sumit* corrupta. Significant autem per *Bel*, Chaldæi Iouem, vt in columna à Semiramide erecta patet.

MAXEI OV CA BA ΩΘ

BHA BAA COV MHΘ.

Βῆλος ἀνήρ Βριαρός & Μοῦ πάτηρ Βῆλος γίγας,

id est *Bel vir Briareus mihi pater Iuppiter gigas.* Vti habetur Dan. c. 30. *Baalsumith* verò Dominus cœlorum dicitur Exod. 14. quod nomen compositum est ex *Baal* hebræo & *sumit* Aegyptiaco, quo nomine cœlos notant; & quamuis hæc nomina diuersum quid sonent, re tamen vnum & eundem denotant Deorum suorum genitorem *Ialdabaoth*, vti supra expositum fuit.

Cui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

Cui *Sabaoth*, (quod nomen toties repetunt, Deum exercituum siue stellarum, quæ exercitus cœlorum in Sacra Scriptura dicuntur) prorsùs æquipollet. Sequitur deinde in sculptura Sigilli ΟΡΟΜΑΞΗ ΣΑΒΑΩΘ, *Oromaze Sabaoth*, quid per *Oromazen* intelligatur, aperio. *Oromazes* celebre Aegyptiorum numen, ex Cabalica Hebraorum schola deductum nomen, originem suam obtinet ab *maza* מצא & אורא *ora* quorum prius lucem, ignem, lumen, alterum inuenire significat; quasi dicerent אוראמצא *oramaza*, id est, inuentor lucis, ignis, & luminis, quæ omnia pulchrè & scitè Plutarchus lib. de Osiride & Iside exposuit. *Oromazen*, inquit, *Aegyptij natum aiunt ex luce purißima, Arimanium è caligine, eosque bellum inter se continuum gerere. 6 Deos fecisse Orimazen, Arimanium totidem: Orimazen verò sese triplicaße, & à Sole tanto se interuallo remouiße, quanto à terra Sol est, ac cœlum stellis adornasse, alios porrò 24 Deos condidisse & in ouo posuiße, ac totidem numero factos ab Arimanio, ouum illud perforasse, hinc malis bona permixta.* Quæ omnia quæ de Ialdaboth fingunt Gnostici, Aegyptiorum fabulis confinia sunt, quorum allegoriam vberrimè ex Iamblicho expositam vide Obelisco Pamphilio fol. 172. ait autem Plutarchus citato loco. *Zoroasten inter Orimazen & Arimanium Meithram constituiße medium, quem ideò Persæ* μεσίτην *vocant, docuitque eum placandi, oblatarumque victimarum illi immolandarum modum & rationem, hinc auertendi mali causa institutas esse prophylacticas*: cerimonias verò citato Plutarchi loco videat Lector. Quicumque illa

ΟΡΟ-
ΜΑΞΗ
ΣΑ-
ΒΑΩΘ

Plut. de Osiride & Iside.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

illa, quæ supra de *Ialdaboth* & *Archamoch* Gnosticorum diximus, ritè examinarit, is vtique Gnosticos ad hanc Deorum πολυτεχνίαν respexisse comperiet. Pari pacto Cabalistæ sacra profanis miscentes, cum quem Gnostici *Ialdaboth*, illi מידרס מטטרון שדי id est *Sadai*, *mitatron*, *midras* dicunt, atque ex numerorum sub huiusmodi nominibus latentium ἰσοψηφία clarè demonstrant: hæc enim in numeros resoluta, eundem prorsùs numerum exhibent, videlicet 314 vt in margine patet. Est autem apud Mekubalim *Mitatron* idem quod *Saddai*, & vbertatis rerum omnium à Deo emanationem indicat, quam & Aegyptij per *Isidem*, Græcique per *Cybelem* πολύμαστον, id est multimammiam notabant. Quod itaque est Aegyptijs *Orimazes* & *Osiris*, id in Cabalica palestra est *Saddai* & *Mitatron*, quibus omnibus *Abraxas* & *Mithras*, vti ex horum numerorum ἰσοψηφία paulò superius ostendimus, congruit: quibus & reliqua numinum Iao & *Caulaucauch*, *Sabaoth* phanatica nomina consonant. Sequitur modò in Sigilli Scriptura ΜΩΙΩΤ ΑΝΩΒΙ, in quibus nominibus rursùm Aegyptiacæ superstitionis figmentũ se se exerit; ΜΩΙΩΤ vel μωνωθ, aut contractè mophta deductum à μω, quod aquam, & φθα, quod numeri significat: idem est quod Genius aquarum, quem & nos in Obelisco Pamphilio & Oedipo varijs locis expositum *Momphta* vocamus; hic enim humidi & potissimum Nili, totius fœcunditatis in rerum genesi præses esse credebatur, vt fusè citatis libris docuimus, quem etiam cum Anubi magni Osiridis assessore confundebant Aegyptij. Erat autem

ש	300
ד	4
י	10
	314
מ	40
ט	9
ט	9
ר	200
ו	6
ן	50
	314
מ	40
י	10
ד	4
ר	200
ם	60
	314

ΜΩΙΩΤ
ΑΝΩΒΙ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

Quid Anubis?

tem Anubis idem qui Mercurius, quem κυνοκεφαλον pingebant, id est canino capite conspicuum, ob summam ingenij sagacitatem, qua rerum omnium inuentarum, & ad vsum humanæ vitæ necessariarum author habebatur, hunc autem eundem cum μωιωθ esse Schema fol. 294. Obelisci Pamphilij sat demonstrat. Vbi Mercurius canino capite dextra sphæram, sinistra caduceum tenens, Crocodilo innixus depingitur. Est autem Crocodilus & humidi nilotici, & μωιωθ siue *momphta* eius præsidis symbolum, vti citatis libris exposuimus, quem vtrimq; stipant Ammon αιγοκεφαλος id est arietino capite, & apis Βυμορφος id est bouino, quorum vterque vas niloticum in capite tenet ad humiditatis fœcunditatem, cui vterque præest, indicandam. In numismatis Romanis sub capite canino, sistro, caduceoque instructus Mercurius eandem ob causam, quam dixi cernitur. Erat enim sistrum, teste Plutarcho, niloticæ motionis symbolum. Sed iam ad nostrum institutum reuertamur. Gnostici itaque per μωιωθ ανουβι nil aliud innuebant, quam *Ialdaboth*, ex quo ΜΩΙΩΘ ΑΝΥΒΙΝ id est, ex vapore diuino Aeon γνῶσιν & ἀλήθειαν progenitos Irenæus asseruisse refert. vt proindè non sit mirum Gnosticos ex tam horrenda diuinorum mysteriorum cum profanis fabularum gentilium figmentis confusione, in tam impias, sacrilegas, & abominandas hæreses prolapsos fuisse. Cum itaque Gnosticos insaniæ suæ in tam absonorum nominum fictione puderet; in secunda Sigilli facie ad animi peruersitatem tegendam, Angelorum Archangelorumque nomina producunt, ne

Sistrũ quid.

Sa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

Sacra nomina defuisse videantur, quorum prius est MEIKAHA 2. ΓΑΒΡΙΗΑ, 3. ΝΕΟΡΙΗΑ, quos beneficos Genios dicebant, & magni *Ialdaboth* nuncios. Vbi nota nominis MEIKAHA, in prima facie Sigilli vltimum bisyllabum MEIKA, in secunda per HA compleri. Michaëlem Irenæus lib. 1. fol. 73. Gnosticos ὀφιόμορφον ex ophionio sacræ hebdomadis choro credere asserit. Sacra autem spirituum hebdomas nihil aliud est, quàm septem planetæ quibus totidem principes præesse sentiunt: esse autem serpentino habitu, & binis cornibus conspicuum, quæ eius Commentator Feuardentius in hunc locum sic explicat, ὀφιόμορφος, inquit ille, *Michaël & Samael exprimunt, quod magiæ seduli cultores magicis spirituum nominibus abuterentur, inter quæ non sunt postrema Michaël & Samael, quem & Hebræi Camuel vocant, illi siquidem ab antiquis Hebræorum patribus se accepisse dicunt, septem planetis totidem præesse Angelos, ex quibus Michaël Mercurio, vel vt alij Soli, & Vento Orientali; Marti verò Samael præsunt; Gabriel verò à Gnosticis dicitur magni Ialdaboth, quem Græci δημιουργὸν dicunt, minister & nuncius.* cur verò Michaël serpens dicatur, superiùs expositum fuit ex Irenæo: *Ialdaboth* enim post Luciferum serpentem è cœlo præcipitatum, ipse serpentis formam induere sibi complacuerat, & consequenter affectas suos, quos ideò ophionios Spiritus vocant, pari pacto serpentinum habitum, ad formidinem cœteris incutiendam, induere voluit. Sequitur modò NEORIEL, quod nomen ex Græco & hebraico compositum, luminis mentalisque caloris præsidem

Quid Neoriel?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

notant, quasi diceres νῶ ὁρίμλ: νῶ enim à νοὸς vel νῶς mente; אוריאל, *Vriel* verò ab אור, or, vel vr, quod ignem, lucem, lumenque significat, & à nomine EI אל deriuationem suam sumit, & idem ferè cum *Orimaze* reputatur. Hosce tandem quasi complementum sequitur portentosus ille Gnosticorum *Abraxas*, ΑΒΡΑΞΑΣ ΑΚΟΥΑΜΝΗΡ, de quo iam sat superque supradictum fuit, quo idem bonorum omnium largitorem, lucis calorisque fatorem significant, eo quod *Abraxas*, vti supra diximus, inter solaria numina Princeps, lucis calorisque influxu omnia inferioris mundi regna animare, fouere & sustentare credatur, verus nempe ille Aegyptiorum *Osiris*, Cabalistarum *Mitatron*, Persarum μείθρας, & Græorum denique Apollo seu Phoebus: adeoque omnia hæc conficta ab Aegyptijs, Cabalicis, Gnosticis, Græcis & Persis nomina, in vnum numen supremum rerum omnium arbitrum colliment; quemadmodum mythologi omnibus veterum Deorum nominibus, queis deastros suos insigniebant, vnum solem, vti & Dearum nominibus vnam Lunam indigitabant, de quibus vide Obelis. Pāph. fol. 252. Sequitur tandem conclusio epigraphes ΔΙΑΦΗΛΑΞΟΝ ΑΛΕΧΑΝΔΡΟΝ, id est, *custodi Alexādrum*. Quisnam verò hic Alexander fuerit, coniecturare difficile est. Hunc Regem, Principem aut belli ducem fuisse, vero haud absimile videtur, qui horum fictorum à Gnosticis nominum præsidio & attractu, ab omnibus aduersæ fortunæ telis, huius Sigilli gestatione, immunem se futurum credebat. Habes hic Lector paucis pro re-

Omnia Deorum Dearumque nomina vnum Solare Nume exprimunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a

rerum sub ijs contentarum multitudine expositum, primum magicum Sigillum. Huic prorsùs simile est illud quod Serenissimus Archidux, olim ad me trãsmisit, chalcedonio incisum, vti sequitur

ΑΓΩCACAΩAAΩNECE, MECEIAAMABPAC, C3ZΥΡΡΑΤΗ ΑΚΡΑΜΜΑ ΚΡΑΜΜΑΚΑΜ ΑΡΙCCCE ΓΓΕΝΒΑΛΦΑ ΡΑΝΤΗ ΕΜΕΣΕΙΑΑΜΩΒΑΗ ΜΑΕΝΙ ΑΜΒΩΝΑΡΟΥ ΑΝΤΑ ΜΙΧΑΗΛ ΑΜΟΡΑΡΑΣΕΙ, ΦΥΛΑΖΕΤΕ ΜΑΙΑΝΩ. in sequentibus vero nomen IAΩ & E variis modis transmutant; & varijs ea corporis gestibus, per modum adiurationis pronunciant.

Nisi quod in hoc inuocatio spirituum fusiùs sit descripta, vti & *Sebaoth* Ophionius expressè ΜΕΣΕΙΤΑΜΒΡΑΞΑC *mesitambraxas* dicitur, de quo vide quæ in præcedentibus diximus. adiurationem quæ sub hisce nominibus absconditur, vti & numericum ratiocinium, consultiùs æternis tenebris, quam luci publicæ consecrandum duxi.

CAPVT III.

Aliorum Sigillorum præcedentibus haud dissimilium interpretationes.

VT nostra in præcedenti Sigillo facta interpretatio euidentior foret, hic ad veritatem stabiliendam,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a

aliorum Sigillorum explicationes adiungendas existimauimus: quorum Schemata partim ex varijs Musæis, tum potissimum ex celeberrimo gazophylacio doctissimi Viri Caroli Magnini, quorum magnum habet numerum, deprompsimus, partim aliundè ad nos interpretandi causa transmissa, hic oportunè inserenda censuimus: Ex quibus apertè & luculenter patebit, hasce Gnosticorum malesanas inuentiones non aliundè, quam ex gentilitia Aegiptiorum palæstra prodijsse, tantò vtique perniciosiores, quantò à Christianæ fidei dogmatis longiùs recedebant. Hinc nil ipsis acceptius & gloriosius esse apud posteros sibi futurum persuadebant, quam ex occultis Aegyptiorum symbolis vnà Christianæ fidei mysterijs commistis, nouam & monstruosam doctrinam ad Geniorum, veriùs Cacodæmonum attractum consentaneam condere, atque imperitæ plebi sub obscuris vmbrosisque mysteriorum symbolis repræsentatam, callidè & fraudulenter imponere.

O miseras hominum mentes, ò pectora cæca!

de quibus rectè sanè Arnobius aduersus Gentes: *si contemptor quis Numinum, & sacrilegi pectoris immanitate furiosiùs intendisset animum maledicere Dijs nostris, auderet in eos quicquam grauius dicere istorum Gnosticorum*, inquit, *prodit historia, quam veluti quidpiam mirabile commentarijs contulistis in formulam?* At hosce commentarios quam speciosissimis titulis exornabant: fuit qui libros θεολογεμένες inscriberet, alij indigitamenta, rituales, & Augurales libros, alij Commentarios sacrorum seu rerum diuinarum, Religionum, Pontifica-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

calium quæstionum, alij alia. Sed vt ad institutum nostrum reuertamur, putabant Gnostici magnum in natura rerum arcanum esse, atque summa virtute præditas imagines quasdam more Aegyptiorum transformatas, & sub certo ascendente astrologica veriùs magica arte incisas, cuiusmodi inter cætera sunt sequentia. prima

Qua Abraxam insigniunt, gemma est apud Pignoriam, in qua serpens in circulum contortus, caudam suam mordet; intra cuius medium solare numen Scarabæi corpore, ridicula sanè transformatione vestitum spectatur. quid serpens, nisi annui spatij Lunæ, eiusdem quæ gubernatoris *Abraxæ* symbolum? quo & Osiridem suum notabant Aegyptij: innuunt enim hisce notis, orbis huius lucem à Sole esse, qui sapienti cursu vitam animantium moderetur; Scarabæo signabant; eo quod Scarabæus absolutissimum solaris numinis symbolum esset. Horapollo quoque eum Lunæ sacrum refert, quod, vt Porphyrius aduertit, in partu formando, 28 dierum periodum lunarem obseruet. Verùm cum huius Scarabæi hierogramma quam vberrimè, tum in Obelisco Pamphilio, tum in Oedipo varijs in locis prosecuti simus, illuc Lectorem remittimus. Hunc quoque pro effectuum varietate in varijs lapidibus incidebant, eaque, veluti validissimæ virtutis amuletum portabant. Misit & huius farinæ gemmam mihi olim Nicolaus Pereiscius Aquensis Senator, in quo Horus, siue *Vriel* intra Barin (est id nauigij sacri genus) positus, reticulata veste indutus cerni-

Interpretatio Sigilli.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a

nitur, cui alatus Scarabæus ſupereminet, & in vtraque Baridis extremitate accipiter, & Horus quidem in Bari iacens mundum hunc ſenſibilem indicat, cuius mens Horus eſt, vti in Hieroglyphicis noſtris operibus paſſim demonſtrauimus; accipiter iuxta caput pedeſque aſſidens, Solis ab ortu in occaſum perpetuò, in ſenſibili Hori mundani domo currentis motum, quo calor in omnia mundi membra infunditur, notat. Per Scarabæum verò alatum, non Solem tantummodo materialem, ſed & ſupramundanum indicabant, cuius nimirum abdita vi & influxu, adminiſtro Horo, omnia reguntur & gubernantur in mundis tum aſtræis, tum hylæis. Gnoſtici cum intentam ab Aegyptijs in fingendis periammatis analogiam perſpicerent, illi hiſce in ſuam officinam traductis, non tam nouam philoſophandi rationem, quam ſpurium, turpiſſimumque ſacrorum cum profanis, impijs, fabuloſisque connubium meditati, ſatanica quadam calliditate, toti mundo impoſuerunt.

Sequuntur modo ſigilla ſeu amuleta varijs gemmis lapidibuſque inciſa, quorum prius, vt in præcedenti expoſuimus, hominem ἀλεκτριονόμορφον, ſeu galli forma, cuius caput ſolaribus corruſcum radijs, Solem indicat, ſeu ſolare numen, ſcutica ſcutoque inſtructum, cum inſcriptione à poſtica parte ΙΑΩ & ΑΒΡΑΞΑΣ quis neſcit gallum Solis, ob abditam cum Sole ſympathiam, ſymbolum eſſe? Scutum ſcuticamque, quam læua tenet, auerruncatiuam facultatem notat; ſerpen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

pentes verò, quos loco pedum habet, vim abditam & spirituosam substantiam, quam mundo communicat, quaque per mundum agitatur, adeoque quod Persæ per μειθραν, hoc Gnostici per Αβραξας notabant, idque solare numen esse abdita ratione innuebant.



In hoc Sigillo nomine IAO & ABRAXAS inuersa sunt.

Hunc Genium, Solarem, intra Zodiacum quoque, cuius ipse præses credebatur, collocatum me reperisse memini.

A	1	M	40
B	2	E	5
P	100	I	10
A	1	Θ	9
Ξ	60	P	100
A	1	A	1
Σ	200	Σ	200
	365		365

Est enim ABRAXAS, vti iam sæpesæpius diximus, per resolutionem Arithmeticam κατ' ἰσόψηφίαν factam, vti in præcedentibus ostendimus, idem quod *Mithras*, quem animam Solarem dicebant, virtute sua totius anni decursum moderantem; quod ex numeris, qui ex vtroque nomine Αβράξας, & Μιθρὰς in numeros resoluto, vti hìc à latere patet, sat superque constat. Vtriusque enim numeri in vnam summam conflati efficiunt 365. tot nimirum, quot dies in anno sunt. Quæ omnia S. Hieronimus in c. 3. Amos comprobat his verbis. *Basilides*, inquit, *omnipotentem Deum potentoso nomine appel-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

appellat Αβράξας, *& eundem ſecundùm Græcas literas, & annui curſus numerum, dicit in Solis circulo contineri, quem Ethnici ſub eodem numero aliarum literarum vocant Mithram.* Hæc Hieronymus. Αβράξας igitur nihil aliud eſt, quam Genius Solis auerruncatiuus, quod radij capitis & ſcutica ſatis oſtendunt in dicta ſculptura, quam lapidibus diuerſis incidebant, adiuncto eius nomine, eamque collo ſuſpenſam contra varios malorum euentus ſuperſtitione Ægyptiaca illuſi portabant. In Rubino enim hoc nomen inſcriptum cum figura Magica conueniente, contra quoſdam morbos portabatur: in Chriſtallo contra alios &c. hiſce quoque omnem ſibi fortunam & felicitatem ſpondebant. Certè vix dubito quin Amuletum hoc ad hemitritæum ſanandum, in quo conſcribi debet ad Magorum præcepta Abracadabra, ab Abraxa primùm fluxerit; nominis enim veſtigia id luculenter oſtendunt: & hoc me pluſquam ſuadent tot περιάμματα, & gemmæ elementis eiuſdem nonnunquam repetitis inſcripta, quorum copiam habes in Gallicis Scaligeri Epiſtolis ad Vazetum. Nec nuperum eſt inter Magos remedium, memorat enim Q. Serenus Sammonicus hoc carmine:

Superſtitiones ſub hoc nomine.

Inſcribes chartæ, quod dicitur Abracadabra,
Sæpius & ſubter repetes, ſed detrahe ſummæ;
Vt magis atque magis deſint elementa figuris
Singula quæ ſemper rapies & cætera figes.
Donec in anguſtum redigatur litera conum.
His lino nexus collum redimire memento.

De

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a

ABRACADABRA
ABRACADABR
ABRACADAB
ABRACADA
ABRACAD
ABRACA
ABRAC
ABRA
ABR
AB
A

De hoc nomine multas nugas reperies apud Serenum Samoniatum, multos quoque hæc verba in formam triangularem, ne quicquam superstitioni desit, adaptasse reperio; vt adeò certum sit, astutos illos præstigiatores isthæc Magica & barbara portentà potiùs, quam nomina finxisse, & magno supercilio inculcasse, ad conciendos simplicium animos, vt cum magno stupore augustiora putarent, quæ non intelligerent, Dæmonesque istis pactis adsistentes, quæ postulabant Magi, præstarent, vt de præstigijs Marci refert Irenæus.

Alterum Amuletum seu sigillum continet quatuor imagines magicas Deorum; Isidis, quam vrnà seu Situlà, Sistrum, spicatum caput; Serapidis, quem serpens, & modius in capite; Martis, & Veneris, quæ signa ijs opposita indicant. Amuletumque est contra venena, & philtra, & fascinationes, vti ostendit Leonardus Pisanus lib. de Sculpturis lapidum, estque non secùs ac alterum, è Gnosticorum schola profectum. Hunc *Abraxan* non tantùm *Mithram*, sed & nunc IAΩ, nunc ΣΕΒΑΩ, nunc alijs nominibus, vti in dictis Amuletis videre est, appellabant. Quæ quidem nomina quid significent, indicandum duxi. Gnostici natione Aegyptij, religione primùm Hebræi, dum virtutem nominis Dei tetragrammati ex veterum re-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

latione cognoſcerent, ad impietatis ſuæ complementum, ſuperſtitioſa ſua nomina paſſim nomine ΙΑΩ & ΣΕΒΑΩΘ, quod idem eſt ac יהוה *Iehoua* & צבעות *Sabaoth*, ſumma tamen nominum corruptela indigitarunt. Quæ omnia confirmant ſequentia.



Amuleta in quorum primis primâ facie homo ſpectatur Galli criſtati facie, ſcuto & ſcuticâ probè inſtructus, qui tandem in pedes ſerpentinos abit, capite verò Martis ſtatuam geſtat, ſub pedibus verò hoc nomen ΙΑΩ ponitur; quod tamen in pleriſque huiuſmodi Amuletis vitio ſculptoris inuerſum ſpectatur, vel quia Sigillum erat, cuius literæ neceſſariò inuerſæ ſunt, vt impreſſæ rectæ ſpectentur. Quo quidem potentiam per *Iehoua*, per Galli faciem criſtamque, Solaris Numinis poteſtatem, per ſcutum & ſcuticam omnium contra-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

trariorum abactionem, per statuam Martis operum Martiorum effectum denotabant. In posteriori facie habentur hæc nomina insculpta ΙΑΩ ΑΒΡΑΞΑΣ id est, *Deus Abraxas*. In figura verò quæ numero 4 signatur, iterum occurrit in prima facie eadem *Abraxis* figura; in posteriori verò facie nomina potentium Angelorum *Michaël*, *Gabriël*, *Vriel*, *Raphaël*, *Ananaël*, *Prosorael*, *Chabsaël* continentur, ad superstitiosos vsus traducta. In 5. verò, eadem figura cum scuto, cui nomen ΙΑΩ inuersum inscriptum est; in posteriori verò parte hæc verba habentur Ægyptiaca, ΤΑΛΑ ΑΡΑΙΩ ΩΑΡΛΟΡΟΝΤΟΚΟΝΒΑΙ, id est in lingua Aegyptiaca *summo*





Fig. VI.

Marti omnia vincenti. In 6. eadem figura, cum inscriptione partis posterioris ΓΙΓΑΝΤΟΡΙΚΤΑ, id est *fortitudinis Martiæ & Gigantea*. In 7. eadem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

figura habetur, cum hac inſcriptione ΙΟΥΙΟΥ ΩΙΟΥΝΥ ΥΟΟΝΩ ΩΝΙΟΥ, id eſt *Domini fortitudo æterna* & ſub pedibus nomen Angeli ΙΑΩΛΙΗΛ *Iaoliel*, id eſt *angelus*

fig. 7.



fig. 8.



Domini. In poſteriori facie Ibis pingitur habitu volantis, ſerpente diuaricatis pedibus implicata, cui aſtat *Anubis* cum ſiſtro; quæ nihil aliud denotant niſi vim Mercurialem nociuorum omnium abactiuam. Verùm hoc ſymbolum alibi expoſitum conſule. In figura 8. eadem figura quæ ſupra expreſſa videtur, ſub cuius pedibus nomen ΙΑΩ manum imponens ſtatuæ geniculatæ, quo inſluxus Martialis Numinis in geſtantem hoc amuletum denotatur religiosè, veriùs ſuperſtitiosè portatum: in poſteriori verò parte Leo ſeptem ſtellis circumdatus, vnà cum figura Lunæ ſextilis conſpicitur, quo Sole in Leone exiſtente, vt effectum, ſeptem in

vnum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

vnum conspirantibus planetis, sortiatur amuletum, confici debere indicatur. In septimo Schemate, eadem figura occurrit, cum hac inscriptione, ΩΦΕΩΝ; quo *Abraxam* hunc vnum ex Ophioneis Numinibus de quibus paulò ante, vti & in Obelisco Pamphilio, ex Eusebio amplè tractauimus, esse designant. Sed de *Abraxis* seu *Mythræ* amuletis iam hæc dicta sufficiant.



fig IX

Procedamus ad Harpocratica amuleta quorum non minor varietas occurrit. Et primò quidem passim inuenitur Loto insidens, digito silentia, suadens, altera manu flagello instructus cum nominibus ΣΑΒΑΩ, id est; *Sabaoth* vt in figura numero 9 signata patet, in cuius postica facie nomen ΙΑΩ inscriptum videtur; quæ omnia Solare numen ἀπόλεμπαῖον, & magnæ efficaciæ designant. Figura verò quæ sequitur in antica facie eundem nobis Harpocratem demonstrat, symbolis priori similium, ΙΑΩ CABAΩΘ nominibus insignitum; in postica verò parte statua τεικεφαλῶ καὶ ἱπταβραχίων conspicitur binis gladijs, flagellis, facibusque instructa, quam nos *Hecatem*, siue *Dianam* aut *Isin* tergeminam interpretamur. Tricipitem autem fuisse, Virgil. 4. Georg. docet.

Sa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

. . . . . *Sacerdos*
Tercentum tonat ore Deos, Erebumque, Chaosque,
Tergeminamque Hecaten, tria virginis ora Dianæ.

Et Ouid. lib. 7. Metamorph.

Ora vides Hecates in tres vergentia formas,
Seruat vt internas compita facta vias.



X

Orpheus eam vocat εἰνοδίαν, τριοδίτιν, ἐφεσίαν, χθονίαν τε, καὶ ἐφεσίαν, τυμβοδιδίαν vialem, triuiam, cœlestem, terrestrem, æquoream, sepulchralem, bacchantem cum manibus; eique tria capita attribuit, dextrum Equi, sinistrum Canis, medium Apri; Eusebius lib. 3. præparat. cap. 3. *Hecate Luna est, propter varias corporis eius formas, & formarum virtutes, ideo virtus eius est triformis, Nouilunia ferens, albam vestem auro distinctam, & lampades ardentes; Calathum autem superne fert, quia cum est diuidua crescente lumine, fruges maturat; plenilunij signum est ferrugineum sandalium.*

Sequitur Amuletum numero 10 signatum, in cuius prima facie Harpocrates Loto insidens, flagellum

Fig.XI.

sini-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

sinistra tenet, dextrà silentium indicit, ad radicem Loti Leo conspicitur currens, cũ hac inscriptione ΑΒΡΑΞΑΣ ΞΙΞΙΡΙΜ, id est, *Abraxas omnia ciens*; quo Solis vis indigitatur. Per Leonem *Momphta* Nilotici incrementi Præsidem intelligunt, quod aptè per stellam Siothis seu caniculæ capiti Leonis impositam notant; ad ortum enim Caniculæ, Sole in Leonem intrante, fit inundatio Nili, Solari Numine Harpocratico flagello omnem Beboniam vim adustiuam repellente. Nota hic CICIRIM retrogrado ordine lectum MIRICIC, idem est ac Matrem Isidem siue Lunam, quæ in hoc amuleto tacitè indigitatur, & Genius Nili, & cooperatrix Harpocratis Solaris numinis. In postica verò parte Amuletum hæc nomina inscripta tenet: ΑΡΞΕΟΙΑΩ ΜΕΡΜΕΝΝΗ, *principium* ΙΑΩ *omnis fœcunditatis*.



Porrò in Amuleto numero 11. signato, alia est figura Harpocratis sine vllis literis, in postica tamen parte habetur hæc inscriptio Ægyptiaca, vbi inuersa hæc verba: [illegible] quod idem est ac magnus [illegible] Talia sunt quæ sequuntur ex culina Diaboli prolata Phylacteria iuxta numerorum seriem. Figura 12. duas facies continet; in prima facie videtur figura nuda alata, modio

in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a

in capite conſpicua, quatuor baculis fulcita, cum infra ſcripto nomine IAΩ literis inuerſis, MNHΞIHA, *Mnixiel*, genium vbertatis ſignificat, vti ſymbola eius indicant: nuda eſt, ad ſimplicitatem eius; alas habet, ad velocitatem; modium in capite gerit ad abundantiam, quam confert, indicandam. Quatuor baculis fulcitur

Γ'εραχομόρφος, Α'γαθοδαίμων, Ο'φιόνιος. fig. 13.

ad dominium in quatuor Mundi Elementa innuendum. Hoc igitur Numen memor eſſe poſtulant eorum, qui id inuocauerint. Altera facies continet figuram humanam, duobus capitibus caninis transformatam, palmam in manu dextra tenentem, ſtellis circumdatam, infra quam veluti homo è tumulo ſurgens conſpicitur; quo quidem nil aliud indigitatur, niſi Anubis ſeu Mercurius, teſte Plutarcho, vtriuſque Horizontis inferi & ſuperi cuſtos, ac proindè duobus capitibus canini pingitur; hic idem animarum ex Inferis reductor, à Diodoro deſcribitur, vti alibi expoſuimus; hinc palmam victoriæ ſymbolum geſtat, & flammam, quà indicatur animas à pœnis perſolutis apud Inferos, ſingulas ſphæris & ſtellis mox inuehendas. Figura 13 numero ſignata, Serpens ſeu Aſpis eſt κυνόμορφος, cuius caput radioſo nimbo circumdatum, intra hieroglyphica fre-

quens

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

quens mõstrat Numen Mercuriale, vti ex inuersis literis apparet, vbi legitur; ANOYBEI Anubis. XNOYMICPI verò nomen est, quod χῦ ἡ ἰσοψηφίαν resolutum in numeros facit 1280, & totidem nomen Χριστός facit. Vides igitur quàm peruersè, quàm impiè barbaris huiusmodi nominibus diuinum Christi nomen Hæretico-Magi profanarint.

X	600	X	600
P	100	N	50
I	10	O	70
Σ	200	Υ	400
T	300	M	40
O	70	I	10
Σ	200	Σ	200
		P	100
		I	10
	1480		1480

Innumera supersunt huius farinæ mysteria exponenda quæ tamen singula adducere, nihil aliud foret, quam librum hunc impijs nugamentis refercire. 14 Amuletum est simile numero 1 signato: in hoc Mercurius κυνόμορφος, biceps cum duobus Genijs supra canales binos vasis Nilotici stantibus spectatur; cuius historiam vide in III. Tomo, Syntagm. de Canopis. 15 Amuletum est in

14

15

16

quo accipiter supra florem Loti sedet, binis cornibus copiæ stipatus, & beneficium fertilitatis & abundantiæ, quæ à Sole promanat, indicat. 16 Mars supra florem stat, hasta scutoque munitus, flore radices suas in cym-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

bæ medio firmante; quo indicatur igneam vim mistam humido, omnium generationem promouere. In prima facie figuræ 17 est Harpocrates Martio habitu indutus supra Lotum sedet, adinstar cymbæ efformatum, flagello

Fig. 17.

& Cruce Tautica cassideque formidabilis. In secunda facie πανΤάμορφος Dæmon, quaternis alis instructus, in cuius vtraque manu baculus, sub pedibus canem habet positum, ad cuius caudam stella, & indicat Mercuriale Numen quod Aegyptij Σίωθ appellant. nomen primi ΞΑΛΗΛ, humidi genium alterum ιονιηλ supremi Dei genium & assecla m notat.

Mercuriale Numen.

Fig. 18.



Figura numero 18 signata est Apis ἱερακόμορφος, qualis in tabula Bembina sæpe occurrit, estque figmentum Romanum ad similitudinem Aegyptiorum efformatum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

tum, vt literæ Latinæ LI, S docent & idem significant ac libertatem saluam, vel liberorum salutem. 18 Est *Osiris* ἱερακόμορφος, calathum in capite portans, manu dextrà baculum Cucucomorphum cum lituo & gnomone, sinistra crucem ansatam in formam bifurcatam gestans, & notat Solare Numen, per Accipitrinum caput significatum, vt iam sæpius ex Eusebio docuimus, calathum in capite portat, abundantiæ, quam confert, symbolum; sceptrum Cucuphæ capite insignitum notat rerum, quas producit, varietatem; lituus harmoniam; gnomon rerum symmetriam, quam in Mundo conficit; Crux ansata; quam sinistra gerit, Spiritus Solaris per omnia diffusionem. 19 Serpens contortus, duobus cornibus insignis; idem quod 18 fig. notat. 20 Amuletum

20

1	32	34	3	35	6
30	8	27	28	11	7
20	24	15	16	13	23
19	17	21	22	8	14
10	26	12	9	29	25
31	4	2	33	5	16

Numisma Soli dicatũ.

est Osiridis Nilotici, estque Numisma figurà Leonis insignitum ab vna parte, ab altera abaco numerico; monstratque cusum esse Sole in Leonem intrante, ad solare Numen HELOY attrahendum, vt ipse Solis Leonisque character docet. Numericus abacus Soli dedicatus est, cuius intelligentiam *Raphaëlem* dicunt, &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a

nihil aliud eſt, quàm quadratum ſenarij numeri, ita artificiosè diſpoſiti, vt ſingulæ numerorum ſeries perpendiculares, tranſuerſæ, diagonales ſimul iunctæ, eundem producant numerum. Verùm cùm hæc figura ampliſſimè expoſita ſit in Arithmetica noſtra hieroglyphica, eo Lectorem remittimus. ♈ ♌ ♐ notat trigonum igneum. Nota Lector, hunc Numum non eſſe antiquum, ſed à poſterioribus Aſtrologis confictum. Sequitur alius Numus 21, in cuius priori facie Iupiter

Fig. 21.

ſedens fulmine formidabilis, propè quem Aquila Iouialis, & character eius ♃, cuius nomen in cabala eſt *Zadkiel* צדקיאל, Hebræi enim Iouem vocant צדק, id eſt, iuſtitiæ arbitrum; hic pro *Zadkiel* corruptè ponitur *Satquiel*. Supra Iouem figura Sagittarij ponitur, quod indicat hunc Iouis fulminantis Numum, Sole in Sagittario conſtituto cuſum eſſe; poſterior pars Abacum exhibet è pronicis literis Hebraicis conſtitutum, & nihil aliud indicat, niſi 16 quadratum quaternarij eo artificio diſpoſitum, vt ſinguli numeri, quos literæ indicant, qualibet ſerie iuncti ſimul, idem producant; quadratum autem

qua-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

quaternarij sacrum fuisse Ioui, in 11 parte huius docuimus, vbi fusè omnia exposita reperies. Literæ Hebraicæ hos numeros exprimunt, vt à latere apparet. Idem

Fig. 22.





ד	ר	שו	א
ט	ז	ו	יב
ח	אי	י	ח
יו	כ	ג	יג

4	14	15	1
9	7	6	12
5	11	10	8
16	2	3	13

prorsùs est quod sequitur; cuius prima facies septem planetarum figuras continet, & piscium figuras medio; quod ostendit Numum cusum fuisse in magna planetarum coniunctione facta in Piscibus, abacum verò numerorum consecratum, Ioue & Luna in Leone constitutis, quod quaternarij quadratum luculenter docet. Poterant hinc adduci alia Amuleta Ægyptio-gnostica; quæ consultò tamen omisimus. Figura sequens notat tres Gratias, quæ ante portam Templi Ephesini positæ feruntur.

Alia nonnulla Amuletorum Schemata, ex varijs Musæis collecta, & hoc loco exposita.

23 Numero signata Isis est cum Aspide Accipitriformi, Lituo & Baculo; quæ

XI. 23

Nota figuræ huius locum esse fol.198. num.XI.



24

quæ omnia alibi fusè exposita sunt. Sequens Numen ἀντίτεχνον Typhon is exhibet; hinc Crocodilo insistit, & piscem in capite portat; quorum vtrumque Typhonias indicat operationes. 24 *Isis* turrita, seu *Cybeles* Ægyptia, duobus stipata Accipitribus, Solariũ Numinum symbolis, & ad pedes Seriphio, idest, planta Absynthij marini, quã *Isi* Sacrũ fuisse Plutarchus docet, brachijs indecussim compositis, quo indicatur, nihil in natura rerum recõditum esse, quod ipsa non complectatur. 25 Numus tres figuras continet: prima est *Isis* cum

Amuletum Isiacum.

25

situla in manu dextra, & sistro in manu sinistra, & modio in capite; quæ omnia fusè exposita sunt in primo Tomo Syntag.III. c.1. de *Iside*: altera est Numen Niloticum siue Serapis, cum modio in capite, & radio mensorio in sinistra, altera imperioso gestu, nescio quid imperans. In medio puer alatus conspicitur, & notat vtrumque & *Isin* & *Nilum* Genios totius Aegypti maximos. 26 Numus continet figuram sedenti Anubidis, cum figura fulminis tricuspidis, & homi-

nem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

nem nudum ante eum prostratum, cum Cancro; & est

26

Talisma Astrologicum Sole in Cancro constituto incisum, hora Iouis; quo subtilitatem, intellectus & honores, gestantes illud se impetraturos à Mercurio & Ioue putabant. 27. Talisma seu Camæa est Anubidis, dextrà baculum χερίμοφρον, sinistrà ensem portans, & Mercurio dedicatum est; quo & fœcunditatem, & malorum profligationem sibi spõdebant. 28 Camæa siue Talisma Canopicum est, tutulo insigne, de quo vide copiosè tractatum Tom. I. Syntagm.

27 28

Significationes Symbolorum.

Fig. 29.

H

Fig. 30.

III. Cap. de Canopis. 29 Isin Memphiticam continet, & quæ litera H signatur sequens, Isidem Bari vectam; de qua vide quæ in Mystagogia Aegyptia ex Plutarcho varia adduximus, quæ hanc eruditionem concernunt. 30 Amuletum Isidis est contra morbos capitis vt sibi stultè imagnabantur institutum. Ad medietatẽ nuda, inferiùs trunca, brachijs decussatis, & velo spectabilis, in

cuius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a

Myſteria huius figurę

cuius pectore volucris virgineà facie,& loco alarum ramos vtrinque diſtendens, manu dextra A tenens; eandem prorsùs reſert, quam Zoroaſtræi *Iyngem* vocant, Agathodœmonem ſuperioris ordinis. Nuda eſt quia ſolà mente comprehenſibilis eſt, vti Zoroaſter docet; vndè & ob eandem cauſam inferiùs trũcata ſpectatur, quia nulla eius ſenſibilia in inferiori mundo veſtigia ſunt; velo variegato gaudet, quia varietas eius in ſuperiori mundo ſolum eluceſcit; brachia decuſſata habet, quia decuſſim totius naturæ, cui præeſt, deſignat; A vnà manu gerit, quod eam Agathodæmonem eſſe notat; pectori apponitur volucris humana facie, & ramoſas alas hinc indè extendens, indicatque ſupremam intelligentiam Ideis fœtam, quam inferioribus mundis communicat. Quæ omnia ſusè allegata vide in Sphinge Myſtagoga.

Ex quibus iam dictis apertè eluceſcit, Gnoſticos omnia hæc fanatica deliramenta ab Aegyptijs didiciſſe, ſi Lector ea cum paulò ante poſitis Aegyptiorum Amuletis rectè contulerit; ſed & nomina ex Aegyptiaca & Hebræa lingua confuſa & corrupta id ſat manifeſtant: cum proprium huiuſmódi nebulonum ſit, ad aures adſiſten-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

sistentium in sacris suis nefandis obtundendas, isthæc barbara, quæ stridorem fremitumque resonant, nomina ad horrorem simul, & authoritatem sacris conciliandum, vsurpare, vti pulchrè docet Irenæus lib. 1. de erroribus Gnosticorum & Nicetas ex Irenæo fusè deducit. Quo maiorem, inquit Nicetas ex Irenæo, ei qui baptizatur stuporem inijciant, hæc Hebraica nomina superaddunt, *Besama camosi*, *bne*, *anoora*, *mystadia*, *rhuda*, *custaba*, *phogor*, *calathi*, quorum interpretatio hæc est, *O qui es supra omnem virtutem patris, te inuocamus, qui lumen & spiritus bonus, & vita nominaris, quoniam in corpore regnasti.* Hæc Nicetas. Difficillimum est, vt quod res est fatear, verborum istorum fontes indicare; neque enim vllum sub ijs, nisi admodum corrupti, vt in besama כשמא, camosi במוסי, phogor פגור, vestigium Hebræi sermonis patefit, neque Chaldaica, multò minùs Arabica verba esse comperio. Existimo igitur ex pacto Dæmonis, ad stuporem audientibus incutiendum conficta esse. Magos enim monstruosa, ipsoque stridore pronunciationis etiam horrenda vocabula & carmina ope Cacodæmonum inuenisse & susurrasse, quibus ad præstigias suas mirabilem energiam inesse asserebant, ex sacris profanisque scriptoribus cunctis est in confesso. Huius farinæ fuit quoque quæ l. 2. cap. 13. Irenæus de Gnosticorum impietatibus refert, vbi nomen absconditum Redemptoris sic profantur. *Meßian fromagno in scenchaldin mosomeda ecacha saronepseha Iesu Nazarene*; quorum interpretationem hanc esse dicunt: *Christi non diuido*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a

Spiritum, cor & supra cælestem vnitatem misericordem, fruar nomine tuo Saluator veritatis: Confirmatus autem & redemptus respondet: *Ego redimo animam meam ab hoc æone, & omnium quæ ab eo sunt in nomine IAO, qui redemit animam meam*: quæ tametsi nescio quid Hebraicum oleant, ita tamen corrupta sunt, vt pro barbaris & portentosis nominibus nihil significantibus, & ad circumstantes decipiendos confictis, vsos esse certissimum sit. Huius quoque impietatis censenda sunt pleraque lapidibus, gemmis, laminisque metallicis insculpta sine numero nomina: ex quibus numerum eliciebant alicui ex Aeonibus, aut Priapis, aut Pompis, aut Paredris correspondentem; omnia enim numeris attribuebant Gnostici, & omnia fidei mysteria solà numerorum analogià se demonstrare posse superstitiosiùs credebant: Vndè Monadis illius & dyadis, triadis & tetradis, pentadis & octoadis prodigiosa & fanatica in Deastris fingendis, fœtura: quæ omnia amplissimè deducta videas apud Irenæum citato loco, quæ quidem congrua sunt ijs, quæ de Ephesijs literis narrantur ab Authoribus.

Admonitio ad Lectorem.

De numismatis Cæsarum Regumque, quæ Gnosticorum literatura inscripta cernuntur.

Portauit non ita pridem nonnemo numisma dictorum characterum literatura inscriptum, quod nescio cuius Regis ex Iberia aut Carthagine esse perhibebat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a

bat. Cum itaque varia nomina ex Gnosticæ doctrinæ supellectile deprompta in eo reperirentur, ego iuxta artis regulas resoluta, dixi ea ex eorum Gnosticorum numero, quæ periammata & amuleta vocantur, esse. Fuerunt nonnulli inter alios, qui meam hanc interpretationem sinistrè acceptam, non parum apud imperitos rerum calumniati fuerint. Vndè ne dicam mihi falsæ interpretationis imposuisse videri possint, hoc loco ostendam non in lapidibus solum gemmisque, huiusmodi magicam nominum literaturam fuisse incisam, sed & in numismatis aureis & argenteis, cupreis, plumbeis, pro geniorum attrahendorum analogia astrologicè incisa impressaque spectari, Regis quoque illius, qui id gestabat, impressà vnà cum nomine effigie. Vndè satis mirari non possum imperitum eorum de rebus abstrusiobus, quas non intelligant, iudicium, dum similia numismata præter nomen regis, nil aliud mysteriosum continere arbitrantur. Missum fuit superiori anno ad me Vienna numisma Regis cuiusdam, in cuius prima facie Regis effigies, in posteriori hæc literatura cernebatur incisa. MX ✱ ☉. quæ nomina nihil aliud notant, quam Michaël & Samuel, ex octoade, vt stella notat, ophionià deprompta, vt in præcedenti sigillo exposuimus, reliqua nomina sequuntur.

INTPIXIAΞIMI ΩZIVPANIHA VINTVX IXΘON XVP IPVNIV MIXAHA *adsistas mihi* OΣIO VPANIHA. *horrendus Vraniel præsta pacem Michael.* INTPIXIAΞIMI (verbum Aegyptiacum) & adsistere significat, vt ex nostro Dictionario Copto patet. OΣIO

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a

idem eſt quod Sanctus Vraniel, qui genius cœli dicitur: VINTVX, pariter Aegyptiaca vox eſt, & horrendum ſignificat. IXΘON Genius Aegyptius, de quo pluribus in locis Oedipo & Obeliſco Pamphilio. XVP IPVNIV MIKAHA. XVP. idem in lingua Copta notat quod *præſta*, IPININ *pacem Michaël*. ex vtroque latere duo hæc nomina habentur TIXI, & NIKI, id eſt Fortuna & Victoria. Hoc itaque numiſma Rex Aegypti ſeu Chaliphus cui nomine Hali geſtabat ad victoriam & fortunam in ſuis actionibus, gerendiſque bellis obtinendam. Sequitur ſchema.



Fuit igitur veterum Regum Heroumque proprium, huiuſmodi barbaris nominibus omnia facta ſua adornare, tum ad venerationem quandam maieſtati regiæ conciliandam, tum ad genios fictis huiuſmodi nominibus attrahendos, potiſſimum inſtituta. An non in nonnullis numiſmatis Alexandri Magni nomen Ammũ Aegyptiorum deaſtri, eo quod ex Hammone ſe natum putaret, arietino capite conſpicuum, appoſitum videmus? An non Romanorum Cæſarum numiſmatis paſſim Bacchi, Veneris, Apollinis, Mercurij aliorumq; Deorum nomina appoſita cernimus? non alio ſanè fine, niſi quod per huiuſmodi apud plebem ſe ijs aut ſuppares demõſtrarent,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

rent, aut nimia ἀποθέωσεος ambitione in transuersum actis se pro ijsdē venderent, vti de Heliogabalo alijsq; legimus, certè votiua id anathemata, queis ad numina tum placanda, tum propitianda, Cæsares numismatis suis imprimere solebant, id satis declarat. Quid interest igitur si Rex quispiam Iberus, aut χαρχηδόνος, seu Carthaginis eodem nomine & se, & falsa numina mysteriosè exprimat? χαρχηδόν vnà & Carthaginem, & Gnosticorum ἀποτροπαῖον numen significare ex resolutione numerorum patet, vt ibidem ex ἰσοψηφία numerorum docuimus. Desinant itaque huiusmodi imperiti rerum æstimatores blaterare contra eos, qui mysteriosas Veterum inscriptiones nesciunt, solummodo literarum vocabulorumque sensu contenti. Complura huiusmodi hoc loco adducere possem, sed vt tempori & sumptibus parcam, ea omittenda duxi, eosque ad Golzium, Gualterium, Augustinum, Parutam, aliosque numismatum Scriptores remitto, apud quos ingens similium sigillorum numismatumque farrago reperitur. desinant dico imperiti iudices rerum cauillare id quod non intelligunt, & contenti esse vulgari illa numismatum peritia, ne dum iuxta Locmanis apologum de Apibus & araneis; hi enim dum ne apicem conficere præsumptuosiùs attentarent, apum aculeis perculsi, temeritatis pœnas luant. Sed hæc ad mei defensionem non tam explicasse, quam indigitasse tantum sufficiant. Iam ad institutum reuertamur.

Ephesiæ literæ.

Erant Ephesiæ literæ μαγαδίματα seu incanta-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a

tamenta, quibus, nonnullis prolatis barbaris & portentosis nominibus, vel expiabant loca infesta, vel morbos abigebant, vel Dœmones adiurabant. Dicunturque Ephesiæ, eò quod Ephesi primùm ab Ideis dactylis sint inuentæ, & Dianæ Ephesiæ simulachro insculptæ. ita Clemens lib. 1. Strom. & Plutarchus in Sympos. earum his verbis meminit: τοὺς δαιμονιζομένους μάγοι κελεύουσι τὰ Ἐφέσια γράμματα πρὸς αὐτοὺς καταλέγειν καὶ ὀνομάζειν. *Super obsessos à Dæmonibus Magi Ephesia grammata recitare & nominare iubebant.* Etymon verò eorum assignat Eustathius his verbis: Ἐφέσια γράμματα ἔπαδαι, δὲ ὧν τινὰς ἐκ μεγάλων κινδύνων ἐζώθησαν, καὶ ἀγῶνας ἐνίκησαν φωναί τινες ἦσαν τῆς κεφαλῆς, καὶ ζώνης, καὶ τοῦ ποδὸς τὴν Ἐφέσιας Ἀρτέμιδος αἰνιγματώδως γεγραμμέναι ὅθεν τὰς ἀσαφῶς λαλουμένοις λέγεται Ἐφέσια γράμματα. *Ephesiæ literæ incantationes sunt, per quas aliqui ex magnis periculis seruati sunt, & victorias reportarunt. Erant autem quædam voces in corona, zona & pedibus Deæ Ephesiæ ænigmaticæ, vnde & ijs qui parum disertè loquuntur, dicuntur Ephesiæ literæ.* Suidas ait, Ephesias literas incantationes quasdam esse difficiles, quas Cræsum in pyra dixisse ferunt: & ludis Olymphicis cùm Ephesius & Milesius luctarentur, & Milesius luctari non posset, eò quòd Ephesius literas Ephesias talo alligatas haberet, cùm res innotuisset, victorem à quo triginta victi fuerant, detractis literis succubuisse. Cui astipulatur Diogenianus: Ἐφέσια γράμματα, ἔπαδαί τινες ἦσαν ἅσπερ οἱ φωνοῦντες ἐνίκων ἐν παντί. *Ephesiæ literæ sunt incantationes quædam, quas recitantes victores in omnibus erant.*

Qua-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

Qualia autem nomina ex Ephesijs literis composita fuerint, Hesychius quidem tradit fuisse sequentia: quæ legi possunt apud alios multos Authores: ασκι Κατασκι αηξ, &c. *Aski* quidem significat idem quod tenebras, *Cataski* idem quod lucem, *hex* idem quod ipsum, & cætera quæ sequuntur. Hisce vt refert Zonaras in Constantino Magno, Zambrem Hebræum ait in aurem tauri insussurratis, statim reddidisse mortuum; quem deinde Sylvester Papa in nomine Christi resuscitarit. Clemens Alexandrinus prædicta verba paulo aliter refert; sic enim lib. 5. Strom. loquitur: *Androcides certè Pythagoricus literas quæ vocantur Ephesiæ locum dicit tenere symbolorum, significare autem ἄσκιον quidem tenebras, eò quòd non habeant vmbram; κατάσκιον autem lucem, quoniam illustrat vmbram; λὶξ autem pr isca appellatione est terra, & τετράς, id est, quaternario, annus propter horas; δαμναμενὰς autem est Sol, quia omnia domat; & αἰσια vox vera.* Significat autem Symbolum, rerum diuinarum eum esse ornatum, qui est tenebrarum si conferatur cum luce, & Sol cum anno, & terra cum omnis generis naturæ generatione: ex hoc quoque penu processerunt nomina barbara, quibus Branchus Vates Milesios à fame expiasse dicitur; ille enim multitudinem ramis lauri aspergens, hymnum dicendo præiuit, pronunciando verba quædam barbara, quorum significationem inuenies apud Clem. Alexand. lib. 6 Stromatum; vbi *Bedy* dicit significare aquam, *Zaps* mare, *Chton* terram, *Plectrum* Solem, *Sphynx* ætherem Mundi compagem, *Cnachzbi* lacteum nutrimen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a

mentum, *Drops* denique verbum efficax significat. Ad Ephesias literas omnia illa portentosa nomina à Magis prolata reuocari possunt; quæ vti in tenebris nata, & in tenebris à tenebrionibus prolata sunt, ita tanquam luce indigna in tenebris æternum sepulta relinquamus.

PARS V.

De Magicis Amuletis.

CAPVT I.

Explicatio nonnullorum Sigillorum.

Hisce meritò adnumerari possunt Sigilla magica, quæ per impios satanicæ scholæ magistros, humani generis hostis in hunc vsque diem introducere non cessat, quibus dici vix potest quantis vanitatibus scateant, quot impijs blasphemijs & sacrilegijs, non mysterijs referta sint, & quamuis sacris nominibus ex diuina scriptura depromptis, ad fucum tegendum insigniantur, latet tamen sub ipsis nescio quid barbarum, satanicum, nescio quod murmur magicum sub fictis, portentosis, & nil significantibus verbis absconditum; quorum ingens copia non ita pridem ad me transmissa fuit, ad ea recognoscenda. In quibus nil frequentius occurrit, quam Pentalpha & Hexalpha; est

autem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a

aūtēm Pentalpha nil aliud, quam linearis figura in quinque A diductum, quibus Græci ὑγιεία, id est salutem & sanitatem exprimebant, quo Antiochum vexillo imposito, iussu Alexandri in somno apparentis, mox admirabilem à Galatis victoriam reportasse Magi fingunt, eoque tanquam summæ felicitatis symbolo in suis nugamentis vtuntur. Rursùs voces horrendæ vnà mixtis sacris nominibus, nodo quem Salomonis vocant, adnexo, omnia plena crucibus variè transformatis inserta spectantur; quibus Magi ita confidunt, vt nihil non eorum ope se obtinere posse, Diabolo tamen cooperante, arbitrantur: cuiusmodi Sigillum non ita pridem ad me transmissum fuit; in cuius circumferentia circuli octo Sigilla ponuntur, totidem Angelorum nominibus insignita. Et Sigillum quidem Michaëli sacrum, lapidum figura, & pentalpha instructum videtur: quo stolidè sibi contra lapidationem securitatem pollicentur.

Hexalpha



Pentalpha

Secundum Sigillum Anaeli sacrum pentalpha & cultro instructum; quo cautelam contra cultros ipsis Dæmon promittit.

Tertium Sigillum sacrum Raphaëli, ense vna cum pentalpha insignitum, ipsis contra ensium puncturas securitatem spondet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a

Quartum Sigillum Gabrieli ſacrum, ſecuri inſignitum, contra ſecurim ſecuros ſe fieri ſtultè credunt.

Quintum Sigillum Caſſieli ſacrum, quod vtrum Angeli aut Cacodæmonis nomen ſit, ignoro: hoc ſcio apud Cabaliſtas Gaziel, ſpiritum conſumptionis denotari. hoc itaque ſignant ſclopi figura vnà cum pentalpha, & contra ſcloporum iactus magnam vim habere ſomniant.

Sextum Sigillum Sacchieli ſacrum, corruptum ex Cabala nomen, ſagitta inſtructum, contra eas vim obtinere putatur.

Septimum Sigillum Samueli ſacrum, bipennali cultro inſtructum, contra eius ictum prodeſſe exiſtimatur.

Octauum Sigillum Danieli ſacrum, baculo ſeu fuſte inſtructum, contra fuſtium verberationem, ſi fas eſt credere, inſigne tutamen putant. Quibus appoſita ſunt vtrimque verba omnis generis, ſacra, profana, portentoſa, diabolica, quæ tametſi hebraicum quid ſapiant, ita tamen corrupta ſunt, vt iurè nihil ſignificantibus adnumerari queant. Eſt enim hoc proprium Magorum, ſacris profana ita miſcere, ne pactum ſecum initum, quod ſub barbaris nominibus vt plurimum latet, nigra cauda ſub lucido corpore tecta patefiat. Sed vt huiuſmodi Satanæ fraudes luculentius patefiant, prius orationem, ſeu potius exorciſmum, ſeu coniurationem, quam in diès ſacrilegi huiuſmodi ſigillorum architecti, eorumque geſtatores vt effectum ſortiantur facere debent. ✠ *In nomine Sanctiſſimæ & Indiui-*

uidu.e Trinitatis Patris & Filij, & Spiritus Sancti coniuro vos, vel omnia genera armorum, &c. reliqua verò quæ sequuntur verba & nomina, vti plena sunt abominatione, ita ne piorum aures vehementer feriant, proponenda non existimaui.

Videat hic Lector nequissimam Satanæ calliditatem, quomodo primò sub vmbra inuocationis diuini Nominis, Sanctissimæ Triadis, & Sanguinis Christi; deindè prorsùs sacrilega & abominanda nomina barbara, portentosa à Satana suis cultoribus dictata, proferre cogantur; per quæ modo iniquà in Deum fide, modo summa perfidia, ad beneplacitum Diaboli, diuina attributa per portentosa nomina deturpent, contaminant, & in horrendas blasphemias conuertant: sunt enim omnia huiusmodi nomina tacitæ Dęmoniorum inuocationes fictæ à Magis, ex falsa & suppostitia Salomonis, vti dicunt, clauiculą deprompta, quæ præter Dæmonolatriam, nil aliud intra se reconditum habent, summo cum optimi & benignissimi Dei Seruatorisque nostri contemptu & opprobrio, qui vnicus Satanæ in hac sacrilega arte scopus est. Quid verò virtutis obtineant tot figuræ, tot nomina monstruosa, tot ad intentum effectum consequendum numeri? certè nihil: cum enim illæ ex se & sui natura, vipotè possibiles qualitates, nullam efficientiam naturalem habeant, vt ex philosophia constat; profectò si nonnullos in ijs consequitur virtutis effectus, is à nemine alio quam à Satana magistro, obtineri certum est. Quod pari pacto Magi quadrato Hexalphæ inscripto,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a

cum nominibus non nisi ex officina satanica depromptis insignito, *Sator*, *Arepo*, *Tenet*, *Opera*, *Rotas*, ineffabilia arcana se peragere posse gloriantur, mera diabolica illusio est: cum hæc nomina instinctione Diaboli à Magis inuenta, nec vllam significationem habeant, neque ex retrogrado ordine, quo eadem per singula latera recurrunt, neque physicam, neque moralem vim, præter eam quam Sátanas ex



pacto inito ipsis inesse voluit, obtineant. Frustra illa quis sacris nominibus admiscet; cum sacra Dei nomina pronunciata, tantam vim, quantam dispositio ea vera in Deum fide pronunciantis, nullo alio addito, obtineant: ficta verò nomina, *Sator*, *Arepo*, *Tenet*, ideò credere sacrosancta, quod ex omni parte, recto, retrogrado, & transuerso ordine legantur; id liceat ijs qui Dæmonis siue explicitum siue implicitum pactum ineunt: ego sanè tantam in ijs inesse putem, quanta triti istius distichi verbis inesse potest:

Signa te signa, temere me tangis & angis,
Roma tibi subito motibus ibit amor.

Quod ideò Magos, quod retrogrado ordine eundem prorsùs sensum reddat, in suarum ineptiarum album non assumpsisse, equidem miror. Vides itaque Lector quantis se nugis irretiant maleferiatorum hominum ingenia; &, quod oppidò miror, prædicta nomina tantum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

tum obtinuiſſe æſtimationis, vt ea non in Latinorum dumtaxat, ſed in Arabum, imò Aethiopum orationes inuocatorias irrepſerint. Aethiopes quidem poſtquam ſanis precibus Deum Chriſtumque fatigauerunt, inſanas has voces addunt; ſiquidem virtute horum nominum, maius pondus roburque, ad id quod intendunt obtinendum, ſe fortituros amenter ſibi perſuadent. Porrò eadem nomina: *Sator*, *Arepo*, *Tenet*, *Opera*, *Rotas*; in orationibus Arabum leguntur, & nullibi apud Mago-Cabaliſtas deſunt.

Videtur & inſignis fucus in nonnullis hebraicis vocabulis: vnum ſit inſtar omnium celeberrimum apud Magos characterolatras nomen AGLA. quæ nihil aliud ſunt, quam initiales literæ huius verſus: אתה אמן לעלם רכיב id eſt: *tu benedictus in æternum amen*. Hoc itaque AGLA vnum ex potentiſſimis Dei nominibus eſſe putant; cum tamen neſciant illas initiales literas prorsùs indeterminatas eſſe, & tam ad malum, quam ad bonum æque accomodari poſſe: vtitur huiuſmodi callidus diabolus, dum ſub harum literarum indeterminatione non benedictiones, ſed maledictiones imprecatur, vt ex ſequenti exemplo patet, vbi per AGLA idem hebraicè intelligi poteſt: *Abripiant te Dæmonia, & præcipitent te*; vel ſub latina phraſi innumeris modis, v.g. *Abripiat te Gurges Leonis Auerni*, & ſimiles maledictiones, vt proindè ſat pateat quam periculoſus ſit huiuſmodi nominum indeterminatorum vſus, præſertim inuentorum ab eo, qui niſi malum intendere non poteſt. Huiuſmodi eſt ſequens ſigillum,

א	A
ת	
ה	
ג	G
ב	
ר	
ל	L
ע	
ל	
ם	
א	A
מ	
ן	

quod

quod tametſi Nomine IESV, & diuinis attributis inſignitum ſit, tot tamen illa portentoſis Dœmonũ nominibus commixta ſunt, vt Satanas data opera, ſacrę & diuinę Scripturæ nomina, diabolicis ſuis illuſionibus offuſcet & cõtaminet. In hoc Schemate quod omiſimus, hexalphæ cum ſexies repetita voce *Alga* nomen IESV inſcriptum videres: in circulo ſecundo ambiente quatuor Euangeliſtarum Angelorumque nomina; in tertio ex Cabala pariter extracta hebraica nomina amphibologicis ſenſibus referta ponuntur; in tribus vltimis circulis merito Satanas ſolita ſua malignitate, in ijs quæ primò ſana aliquo modo poſita erant, per formidanda & Cacodœmonum monſtruoſa nomina eliminandis triumphare videtur. Nemini itaque fidem hiſce deferre, neque ſecum geſtare ſuadeo ea, quæ non ſalutem animarum, ſed ſempiternam earum ruinam proximè minantur cauſantque. Imò accidit non nunquam, vt Magi ſub ſpecie laudis diuinæ, inſtigante diabolo, loco laudis blaſphemias horrendas miſceant, vti in Magici libri initio me vidiſſe memini ſub hac nominum forma: *Eſt Deus bonus, non malus, ſortis non infirmus, omnipotens, non impotens Deus eſt*; quæ verba in contrario prorsùs ſenſu retrogrado ordine leguntur, ludit inſatiabile Satanæ odium cum diuinis nominibus, illuditque aſſeclis ſuis. Tale Aenigma & Aeſopum Hero ſuo quondam expoſuiſſe fertur. Is enim, quemadmodum in eius vita legitur, cùm vnà cum hero ſuo Xantho veteres quorundam ædificiorum ruinas perluſtraret, fortè incidit in columnam quandam marmoream, cui ſeptem græcæ literæ erant in-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a

insculpræ, indicantes thesaurum eo in loco non longè à Columna defossum; quarum cum Xanthus intelligentiam anxiè disquireret; Aesopus inuentis dictionibus quæ ab ijsdem characteribus incipiebant, scripturam illam tribus adhibitis expositionibus illustrauit: erant autem literæ huiusmodi: A B Δ O Υ Θ X. quas Aesopus manifestans, hero suo locum thesauri, quem literæ designabant, sic primum exposuit. A Ἀποβᾶς, id est *Ascendens*, B. Βήματα, *gradus* Δ. Τέσσαρα, *quatuor*, O. ὄρυξας, *Fodiens*. E εὕρήσεις *inuenies*. Θ. Θησαυρὸν *thesaurum*. X. Χρυσίον *aureum*. hoc est, *Ascendens gradus quatuor fodiens inuenies thesaurum aureum*. Cum itaque Xanthus thesaurum effodisset, neque partem vllam auri Aesopo decerneret, modestè eum admonuit Aesopus, vt præcepto columnæ pareret, quod literæ illæ continebant, hunc in modum. A. Αἴροντες, id est *Tollentes*. B. Βαδίσαντες, *ite* Δ. διέλεσθε, *diuidite*. O. ὅν, *quem* E. εὕρετε *inuenistis*, Θ θησαυρὸν, *thesaurum*, X. Χρυσίου *aureum* hoc est, *Tollentes ite, diuidite quem inuenistis thesaurum aureum*. Quod cum Xanthus facere contemneret, soluſque auro potiri vellet, indignatus Aesopus, comminatus est, nisi partem acciperet, se alterum eiusdem scripturæ mandatum executurum, ita præcipientibus literis. A Ἀποδῶ, id est *Redde*, B βασιλεῖ, *Regi*, Δ Διονυσίῳ, *Dionysio*, O ὅν, *quem*, E. εὕρες, *inuenisti*, Θ θησαυρὸν *thesaurum* X. Χρυσίον, *aureum*, hoc est, *Redde Regi Dionysio, quem inuenisti thesaurum aureum*. Ex quibus patet quam multiplici sensu huiusmodi literarum congeries exponi posset.

Cir-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

Circumfertur & aliud Numiſma, cui pentagonum inſcriptum, in cuius medio facies ſeruatoris noſtri ſub ſupraſcripto hebraico nomine ישו *Iſu*, quo minimè Saluatorem, ſed per contemptum ita vocant, vti ex acroſtychide patet ſequentis ſententiæ ימח שמו וזכרו id eſt, *deleatur nomen eius & memoria eius*: nomen verò שר quo ſacra Scriptura eum principem dicit per acroſtychidem ſequentis ſententiæ ita dicunt: שם רשע ירקב id eſt, *nomen impij putreſiat*. Infra verò faciem Saluatoris hæc verba ponunt לחם הפנים *panem propoſitionis*: quibus verbis realem Corporis Dominici in Euchariſtia præſentiam negant, quaſi ſub Euchariſtia præter apparentem panem nil aliud lateat. Innumera hoc loco ſimilia apponere poſſem, niſi hæc omnia in II. Tomo Syntagmatis XI. de Magia hieroglyphica quam fuſiſſimè, & inter cætera iam propoſitum numiſma confutaſſem, ad quod Lectorem remitto.

Hos ſequuntur in hanc diem omnes ij Magi, qui Amuleta, & Teleſmata ſub certo aſcendente cuſa veritatem Cœleſtem acquirere poſſe, impiè ſibi perſuadent. Quid enim rogo virtutis infundi poteſt numeris aut figuris, queis ſibi tantam ſpondent felicitatem? numeris inquã, & figuris quæ paſſibiles qualitates ſunt, queis omnis virtutis, omnium ſapientum conſenſu incapaces ſunt. Stultum eſt quærere quod neſcis. Vndè enim quæſo, horam præciſè & momentum ad fanaticæ oppoſitionis apoteleſma requiris? qui cum in hunc vſque diem verus & præciſus aſtrorum motus omnium Aſtronomorum conſenſu deſideretur, aut quid influxus huius aut

illius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a

illius Planetæ in numeros & figuras poteſtatis habeat, capere nequeo: Cum ſubiecta ſint qualitatum incapacia? quis tibi Mage, dixit, refluxum hunc emanare ab hac potiùs quam illa ſtella; aut etiam à ſtella potiùs fixà, quam planetaria? cur in hos numeros potiùs, quos actu deſcribis, quam in alios, qui eadem hora ab Arithmeticis conſtituuntur? Dices forſan intentionem & imaginatricem facultatem ad operis complementũ requiri. O quam beati illi forent, qui ſola intentione & imaginatione aureos ſibi montes, & omnem felicitatem attrahere poſſent; Huius verò figmenti ſi eos pudeat, dicant cauſam acquirendæ virtutis in lapidibus, eſſe abditam quandam analogiam cœleſtium rerum ad terreſtria comparatam, omnium per multum conſenſum effectricem: ſed iterum quid analogia ad rem faciat, non niſi emotæ mentis homo capiat. quis rogo picti hominis figuram, vero homini virtutem imprimere poſſe motus aut ſenſus, aut intellectus, conceſſerit? aut quis admiſerit phyſicas cauſas morales effectus, cuiuſmodi ſunt fauor & gratia Principum, cæteraque fortunæ ludibria imprimere poſſe: ſed audio eos dicentes, hæc omnia poteſtate intelligentiæ fidei aſſiſtentis conferri. Ego autem dico, hanc intelligentiam aliam non eſſe, quam Cacodæmonem, qui huiuſmodi amentium hominum corda callidis ſuis inuentionibus ineſcata, cum extrema animarum ruina, dementare ſolet. Sed hiſce relictis ad Cabalam pythagoricam tranſeamus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a

CAPVT II.

De Cabala Pythagorica.

ITa comparatum eſt vltra limites naturæ nitentibus curioſorum hominum ingenijs, vt omnia quæ ſenſibus obijciuntur, diuinis myſterijs & ſacramentis referta eſſe, imperitè ſibi perſuadeant; ſuamque credulitatem verbis è ſacra Scriptura depromptis ſolident, dum Deum aiunt omnia in numero, pondere, & menſura creaſſe. Numerum itaque præ omnibus alijs rebus ſacerrimum eſſe aſſerunt; numerum autem in ſingulis Alphabeti literis inſitum, eſſe myſterijs pariter plenum; ex literis deindè nomina formari, quorum numeri κ̃ τ̃ ἰσοψηφίαν reſoluti, omnes bonæ malæuè fortunæ euentus contineant, ſuperſtitioſiùs opinantur. Hinc ars illa emerſit notoria, quà nomine & cognomine alicuius in numeros reſoluto, de totius vitæ ratione ſe iudicare poſſe exiſtimant; & hanc artem Cabalam Pythagoricam nominant, cuius authorem Pythagoram faciunt, more huiuſmodi nebulonum ſolito, ad nonnullam impoſturæ ſuæ authoritatem, magni & famoſi viri nomine conciliandam. Fateor tamen inter omnia huius farinæ molimina, nihil vnquam aut inſulſius, aut magis ridiculum, putridiorique fundamento nixum me comperiſſe: Vt proindè ſatis mirari non poſſim, quànam ratione fieri poſſit, vt multi, etiam qui in oculis hominum prudentes & ſenſati videri volunt, huic tamen ma-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

maleſeriatæ arti, & prorsùs aſininæ Philoſophiæ aut fidem habeant, aut in mentem inducere poſſint, vt aliquid eius ope in futurorum euentuum coniecturis certum conſequi ſe poſſe putent. Verùm nè fanaticas has affanias fruſtrà cauillati videri poſſimus, exemplo vno atque altero, verminoſas huius Satanici dogmatis ſubſtructiones à nobis deſtruendas, ob oculos ponamus curioſi Lectoris.

Supponuntur in primis Pythagorici iſti myſtæ, ſeu potiùs nebulones, Alphabetum literis Latinis exaratum pro latinis, pro Italis Italicum, pro Græcis Græcum, pro Arabibus Arabicum. Sunt itaque Alphabeta varia quibus abutuntur. Cattanus Magus in ſua ridicula Geomantia hoc ponit.

A B C D E F G H I K L M N O P
1. 3. 22. 24. 22. 3. 7. 6. 20. 1. 10. 23. 12. 8. 13.
Q R S T V X Y Z.
27. 13. 9. 8. 2. 6. 3. 4.

In hoc Alfabeto ſingularum literarum valorem habes numericum, quem ſine ratione vel homines, vel Dæmonem inueniſſe, certum eſt; quorſum enim literæ K ſupponitur 1 vnitas, & eadem literæ A? cur literæ O, 8, literæ N 12 & ſic de cœteris? Hanc inſaniam cum aduerteret Cornelius Agrippa, aliquid veriſimilius conſtituendum duxit, dum Alphabetum ſuum onomatomanticum, veriùs onomanticum aliter diſpoſuit, eſtque quod ſequitur.

A B C D E F G H I K L M N O P
1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 20. 30. 40. 50. 60.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

Q R S T V X Y Z
70. 80. 90. 100. 200. 300. 400. 500.

Atque hoc diuinum illud Pythagoricum inuentum asserit, laudatque Alexandrum Philosophum, quod docuerit rationem, qua ex literarum numeris Horoscopi stellæque diuinatrices inueniri possint; quisque inter maritum & vxorẽ prior moriturus sit aut superuicturus: quæ omnia vt nullum prorsùs rationis fundamentum habent, dignaque sunt, quæ vel ab ipsis pueris rideantur; ita meritò tanquam insulsa, inepta, Sacrilega, Satanica opera, ab omni verè Christiano homine vitanda sunt. Verum operationem stultitia & insania plenam apponamus.

Si scire desideras, inquiunt, nati alicuius dominatricem stellam, computa nomen eius, & vtriusque Parentis per singulas literas iuxta numerum præscriptum, collectamque totius summam, diuide per nouenarium, subtrahendo illum quoties potueris; & si remanserit vnitas aut quaternarius, vterque Solem indicat, si verò binarius, aut septenarius, vterque Lunam designat; sicuti ternarius Iouem; quinarius Mercurium. Senarius Venerem; octonarius Saturnum; nouenarius Martem. Quibus perfrictæ frontis homines, nati alicuius horoscopum hoc pacto reperiri posse credunt. Computetur nomen tam Patris quam Matris, natique, atque summa collecta per 12 diuidatur: nam reliqua vnitas ♌; 2, ♒; 3, ♑; 4, ♐; 5, ♏; 6, ♉; 7, ♈; 8, ♎; 9, ♍; 10, ♏; 11, ♑; 12, ♊; notant. Atque hæc sunt occulta & non pandenda omnis nequitiæ architectorum

arca-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

arcana. Quis autem, rogo, has ineptias credat? Quis nænijs huiusmodi fidem habeat sanè pudendissimis? Hinc enim sequeretur, omnes Petros, Iacobos, Paulos, &c. vti resoluti in numeros, eundem numerum exhibent, ita omnes vni & eidem constellationi subiectos esse, & consequenter eandem fortunam experturos. Respondent hi non rationibus, sed phantasticis & dæmoniacis ludibrijs mente emoti, 1 Soli competere, quod Sol vnus & solus est; 2 Lunæ, quam vtroque sexu præditam, & animam mundi aiunt, cui & 4 ob quatuor Mundi cardines, & quatuor anni tempora, quæ discernit, tribuunt; 5 cum ex primo pari & impari componatur, Mercurio competere, sicuti ex fœmina & masculo; 6 Veneri, quia ex 2, & 3 constituitur, volunt. Quis non hic tam insulsa commenta rideat? O beatos parentes, quorum ex arbitrio penderet, vt filius solius nominis impositione per planetæ nomini dominantis fauorem, omni mox fortunæ felicitate compleretur.

Huic Alphabeto aliud supponimus passim vsitatum, quo tenebriones huiusmodi sibi persuadent, de vita & virtute natorum, de omnibus bonæ aut malæ fortunæ sortibus perfectum se iudicium dare posse, ineptè gloriantur. Alphabetum sequitur.

A	B	C	D	E	F	G	H	I	K	L	M	N	O	P
3.	3.	22.	24.	22.	3.	8.	6.	29.	10.	12.	23.	12.	8.	13.

Q	R	S	T	V	X	Y	Z.
23.	13.	9.	8.	2.	6.	3.	4.

Hic primùm quæram, cur ternarium adscribant A, aut eun-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

eundem ternarium B, & F, & Y? Cur 22. C & E? cur quoque P,& R,13? M denique & Q 23. assignent? mirè se hoc loco torquent mendacissimi coniectores, neque aliud nobis assignare possunt rationis fundamentum, quam vel Dæmonis, quocum pacto inito id concluserunt, concursum; vel stolidissimi cerebri à Dæmone dementati phantasma. Quod vt apertius ostendam, exemplis id aperiam. Imprimis ex summa numerica toties in nominibus assumptis 9 auferunt, quoties fieri potest, atque residuum apud se retinent; deindè contemplantur illa residua; quibus simul collatis, respondent, hunc vel illum superfuturum, hunc vel illum priùs moriturum, aut diutiùs victurum, & si quæ sunt similia. At non illud ita assequuntur, vt si residuum aliquod altero maius fuerit, statim victoriam suggerat; sed sæpe ex minori, sicuti aliàs ex maiori, palmam & diuturniorem vitam pollicentur. Exempli gratia 1, & 2. significant illum hominem victorem futurum, qui in suo nomine residuum habuerit binarium, alium verò qui 1 habuerit, occisum iri. pariter in 1, & 3, 1 significat eum superaturum, qui residuum habuerit 1, quando aduersarius ternarium habuerit residuum; & sic de cœteris. Quæ tamen ita stolidè congesta sunt, vt cuicumque alphabeto applices, toto cœlo discrepent. Exempli gratia, cum superest quaternarius, & ternarius in duobus hominibus, quaternarius vincere debet, quòd falsum est in nominibus Cain & Abel, quorum ille pro residuo ternarium habet, hic quaternarium; & tamen si veræ sunt regulæ onomatomantarum, Abel Cain

su-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

ſuperare debebat, cuius tamen contrarium ſacra Scriptura aſſerit. Idem apparet in Abſalon & Ioab, quorum hic ſeptenarium reſiduum habet, ille quinarium, ac proindè ille Ioabum vincere debuiſſet; cuius tamen contrarium nobis referunt ſacræ literæ. Sequeretur pariter ex fanaticis huiuſmodi Onomatomantię regulis, quòd is qui latinè ſuperatur, Gallicè vinceret; quod quam abſurdum ſit, quis non videt? Nam ſi conſulas (vti acutè demonſtrat Merſennus in opere ſuo in Geneſin) Onomatomantem Latinæ linguæ gnarum, ſtatim affirmabit MARIAM ſuperaturam eſſe STEPHANVM, eoque diutiùs victuram, eò quòd MARIÆ poſt ſubductos nominis numeros per 9, reſtat 8, Stephano verò ternarius; volunt enim hi nugatores, ternarium ab octonario ſuperari. Sed exemplum ponamus. Scribantur dicta nomina, vti è latere patet, quorum ſingulis literis numerũ ex Alphabeto correſpondẽtem apponas; numeris verò in vnam ſummã collectis, videbis in STEPHANO ſummam 84, in MARIA 71, ex quibus ſubduc quoties potueris 9, in MARIAE nomine 8, in STEPHANI nomine ter-

S	9		
T	8		
E	22		
P	13		
H	6	M	23
A	3	A	3
N	12	R	13
V	2	I	29
S	9	A	3
	84		71
3.	resid:	8	resid:

E	22		
S	9		
T	8		
I	29	M	23
E	22	A	3
N	12	R	22
N	12	I	29
E	22	E	22
	136		90
1	resid:	9	resid:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

ternarius remanet, hinc deducunt, MARIAM esse victricem, atq; diutiùs viuerè debere, quàm STEPHANVM. Verùm hoc falsissimum esse ex Gallicis nominibus apparebit, ex quibus totũ contrarium resultat, vt videre est in Gallicis Nominibus MARIE & ESTIENNE; quæ si in numeros resolueris, summã huius habebis 136; alterius 90, à quibus nouenarius quoties fieri poterit reiectus, in priori relinquit 1, in posteriori 9, atque adeò contra regulas arithmomanticas, MARIE quæ sub Latino nomine victrix steterat, sub Gallico nomine superabitur. Sed in more positum est huiusmodi impostoribus, vt vbi vident, rem non benè cessisse, miras excusationes prætendant, aut non legitimè processum esse, aut omissum aliquid necessariò requisitum; quod tamen illi quid sit, demonstrare non possunt. Nonnulli quoque cùm eos erroris commissi pudeat, nomina miris modis vitiant. Ita in nomine ESTIENNE, teste Mersenno, ne MARIA à STEPHANO superata dici possit, ex dicto nomine S & N eximunt, atque sic ex mutilato nomine ETIENE MARIAE desideratam promittunt victoriam. Sed apage cum hisce male feriatorum hominum stolidis machinationibus, quæ vti indigna sunt, quæ commemorentur, ita eadem æternis tenebris sepulta, nè chartam tam absonis rebus maculare videar, omitto. Qui plura desiderat, is legat Mersennum in Genesin fol. 1398.

CA-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a

CAPVT III.

De Rota Vitæ, & Mortis.

EX Satanico hoc Magisterio nata videtur celebris illa Rota, quam quidam rotam vitæ & mortis, nonnulli Sphæram Biantis appellant, perperàm illi imposito nomine. Verùm vt mortalium in tam ridiculis rebus fingendis stultitia luculentiùs patefiat, rotam, eiusque structuram hoc loco apponere, & examinare visum fuit.

Sphæra Biantis.

Intra duos extremos circulos Alphabetum ono-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

matomanticum cum numeris, singulis literis correspondentibus spectatur; infra quos duo alia circularia spacia delineata vides, intra quæ characteres septem planetarum, & sub singulis numeri appropriati ponuntur; sequuntur deindè intra concauitatem centralem tres columnæ diametro A B. interstinctæ, numeris refertæ quorum ij, qui supra diametrum A B continentur, felices, & numeri vitæ vocantur; qui infra diametrum A B continentur, infelices, & numeri mortis nuncupantur, hinc illi Rubro, hi Nigro colore vt plurimùm pinguntur. Atque hæc est Rotæ illius infelicissimæ systasis, quam equidem etiam inter opera Venerabilis Bedæ, nescio quo fuco, irrepsisse miror. Sed vsum exponamus.

Descriptio Rotæ.

Primò itaque Archimystæ Satanici de re vera, vel falsa consulturi, accipiunt numerum literarum vtriusque, inter quos negotium versatur, numerum quoque horæ & diei, quo colloquium instituitur; Mensis quoque & signi Zodiaci numerum; omnes in vnam summam colligunt, summamque diuidunt per 30, & reliquum quærunt in rota: & siquid residuum fuerit, res falsitatis conuincitur. Aliud exemplum apponamus. Consulturi vtrum quis in remota regione viuus sit, an mortuus, ita procedunt: Accipiunt numerum nominis absentis, quem ex Alphabeto numerico in extremis duobus circulis eruunt; deindè numerum mensis, vnà cum numero dierum mensis, quo discessit, & simul in vnam summam colligunt, quibus addunt numerum currentis anni, quam totam numerorum summam diuidunt per 30, & residuum, si quidem supra diame-

Stulta Rotę vitæ & mortis dispositio.

trum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

trum A B, inueniatur, certè eum viuum esse pronunciant; si infra diametrum A B idem reperiatur, mortuum eum esse asseuerant.

Quod si scire velint, vtrum quispiam è carceribus exiturus sit, vtrum non; accipiunt numerum nominis captiui, & anni, mensis, diei, quo captiuus factus est; quibus collectis adiungunt nomen ciuitatis & patriæ; & summam totalem diuidunt per 30: quod si residuum reperiatur inter rubros numeros supra diametrum A B, liberabitur; si inter nigros, mortem, vt putant, subibit. Praxis Rotę vitæ & mortis.

Hoc loco sanè multum Hellebori ad insana stolidissimorum huiusmodi Philosophastrorum cerebra purganda, quo rationabiliùs philosophari discerent, opus foret: quid enim in hoc ridiculo machinamento aut virtutis, aut subtilitatis lateat, dispicere nulla ratione possum; nisi fortè dicant, Alphabetum Onomatomanticum, quod superiùs rectà scriptum erat, iam in circularem formam adaptatum, peculiarem vim habere; quod quàm insulsum sit, quis non videt? Sed & quid mysterij septem Characteres planetarij cum suis subscriptis numeris, plùs virtutis in circulum quàm in rectum scripti possideant, penetrare multò minùs possum; quid denique rubri supra diametrum numeri normaliter iam, non circulariter scripti, plùs virtutis ad vitæ, quàm inferiores nigri ad mortem obtineant non capio. Ego sustem, siue sursum, siue deorsum versum, sanè idem semper robur ad eleuandum possidere noui; quo optandum esset tam insana malè augu- Confutatio Rotæ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

ratorum capita, verberibus quàm verbis tractabiliora, probè tunderentur, vt ad mentem tandem excolerentur. Sed quid confusa illa horæ, diei, mensis, nominum, signi, planetæ, numerorum collectorum farrago ad rem faciat, discutiat cui plus otij est & temporis; ego sanè in tam malè sana doctrina aut perscrutanda vlteriùs, aut refutanda acriùs, bonas horas non impendam, nugæ sunt, affaniæ, & næniæ aniles, & digni qui talia tractant, tenebris carcerum, & Vvlcano.

Inuectio in Geomantas.

Hisce Cabalistis meritò adnumerari possunt Geomantæ, in futuris ex Geomantica fatuitate pronunciandis insanientes: in qua quid non extra præscriptum rationis, quid non superstitiosissimum, sit, hinc patet. Perforant enim identidem vel terram, vel abacum, vel quid simile solidum punctorum capax, nulla vel temporis, vel numeri inter pungendum scribendumque habita ratione, sed ductum impetumque phantasiæ sequentes, quam regi cœlitus autumant, quæ vbi quieuerit, puncta colligentes, figuras ex eis tradunt 16, domibusque indè, Astrologorum more, extructis, nullo fundamento, nullo rectæ rationis vestigio, nomenclaturas imponunt maioris minorisue fortunæ, amissionis, acquisitionis, albi, rubri, pueri, puellæ, lætitiæ, tristitiæ, viæ, coniunctionis, populi, carceris, capitis & caudæ, illudque potissimum contendunt, vt cœlestibus gubernentur, & iusta proportione cœloi planetisque respondeant, eorumque vim omnem, in quæstionibus interrogationibusque constituunt. O cœcitatem mentium! quis enim hominum, ne dicam no-

Vanitas Geomantiæ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

noctuarum talparumque, ex punctis à se temerè & casu proiectis, futurorum vaticinium trahi posse sibi persuadeat? Astrologi non incongruè causas inferiorum rerum cœlestia & esse, & haberi debere, sunt enim omnium causæ, sed non eo modo, quo ipsi contendunt potuerit existimare signa esse siue per se, siue cum causis, nullo autem pacto potuit vlli accidere nisi lesæ mentis, vt crederet puncta ipsa à se ipso infixa tabulæ, aut arenulis insperfa, futurorum causas esse, aut signa. Quid igitur ad futurorum diuinationem motus manus temerè aut scribentis in charta, aut arenis, motus prorsùs indifferens ad omnia prosit, scire cupiam? siquidem in motum futura non referuntur, sed in configurationes & aspectus siderum, in varias eorum vires & proprietates. Quod verò Geomantæ figuras illas in abaco de punctis temerè infixis, compactis & coalitis, ad similitudinem XII. signorum Zodiaci instituunt, sibi ipsis contradicunt, cum ad nugas suas defendendas potiùs 16, quam 12 seligunt. Sed aiunt 16 se elegisse præ 12, quod in numeris 16 punctorum, oporteat esse quatuor matres, totidemque filios, ex quibus nepotes pendeant 4, & totidem testes, qui postmodum iudicem constituunt. Nugæ nugarum. Rursus interrogo quid par aut impar punctorum numerus, domuum figurarumque radices faciant ad futilem illam futurorum diuinationem, vt si vel vnum punctum aut excedat aut decedat, tota operatio in irritum cadat? aiunt sequi hoc ex natura & proprietate figuræ, quæ scilicet tali signo cœlesti, vel tali planetæ subdatur. Sed quis nescit

Deliramenta Geomantarum.

vel

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a

vel ipso Philosopho teste, in figuris talem vim potestatemque esse non posse, neque in sideribus esse vires, quæ figuris temerè iactatis communicari queant. Quod verò figuram rubram, quam puerum dicunt, Marti consecrant, adeò stolidum est, vt sensatis risum cum indignatione moueat: quam enim ridiculum sit, Martem robore corporis immanem puero comparare imbelli, & omni robore virili destituto, quis non videt? vndè alia emanat insania, rubrum colorem Marti dicare, eò quod flammei coloris videatur. Innumera hoc loco inconcinna, vesana, ridicula, & emotæ mentis propria adducere de Geomantarum deliramentis possem, sed cum ea in Magia Hierogly-phica ex ipsis fundamentis confutauerim, eò Lectorem remitto.

ARIT-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

ARITHMOLOGIAE
PARS VI.

Myſtagogia Numerorum ſiue de Myſtica numerorum ſignificatione.

PRAEFATIO.

INter omnia, quæ ad diuinarum humanarumque rerum contemplationem ſpectant, non minimum ſanè locum obtinere videtur myſtica numerorum ratio, quà pleroſque SS.PP. ita oblectatos fuiſſe nouimus, vt vbicumque occaſio ſeſe obtulerit, veluti præpinguia paſcua adepti, in ijs quam ſcitiſſimè interpretandis ingenium ſuum maximè exercuiſſe viſi ſint; neque mirum id cuiquam videri debet; cum enim numerorum vis & natura nulli non argumento ſe immiſceat; nullum dubium eſſe debet, quin ſub ijs lateat neſcio quid diuinæ naturæ proximum, & intellectuali ita à natura inſitum, vt ſi numerum ab ea ſuſtuleris, naturam deſtruxiſſe videaris. Numeros omnia creata ſpirant; Cœlum, Terra, Elementa, & quidquid tandem in Angelico, Humano, Sidereo & Elementari Mundo concinnum & harmonicum eſt, id totum numerorum rationibus, ſub multiplici ſenſuum analogia, ſubijcitur, & ex SS. Scriptura luculentiſſimè patet,

Numeris omnia conſtant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

tet, quàm non immeritò contextum quendam sub perpetua numerorum allegoria continuatum dixeris: Quis nescit, Christum Redemptorem nostrum plerasque suas parabolas sub mysticis numerorum allegorijs adornasse; vt sensatis essent lumen veritatis, insensatis verò cæcitatis caligo. Ne itaque hoc opusculo quidpiam deesse videretur, præmisso in præcedentibus numerorum abusu, modo vsum eorundem verum & legitimum, necnon à SS. PP. cæterisque sacræ Paginæ interpretibus tantopere approbatum, opportunè subiungendum censui; vt quam aptè diuinis humanisque rebus numerorum mysticæ rationes congruerent, ex sequenti discursu patefieret. In quo tamen quempiam existimare nolim, me numeros hosce mysticos diuinis applicare per materiales quosdam Arithmeticos conceptus; sed per abstractissimas altissimasque numerorum rationes; quæ quidem aliud non exhibent, quam simplicem quandam analogiam, quà per vmbratiles similitudines ob intellectus nostri imbecillitatem diuinæ naturæ incomprehensam essentiam, quadantenus exprimere conamur; prout & Authores paulò post allegandi, ex quibus nostra desumpsimus, præstiterunt. Vndè si quandoque occasio detur excurrendi ad sensum realem, Metaphysicum, aut Theologicum, prudentis Lectoris erit, ex toto analogo rerum contextu, mentem intentionemque Authoris, eo quo dixi modo, interpretari.

CA-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

CAPVT I.

De Monade siue Vnitate Mystica.

EXplicaturus Numerorum mystagogiam, ab ea vnitate seu Monade ordiar, quæ vti est omnium numerorum principium, ita quoque ex ea omnis numerorum multitudo profluit; tantoque ab Vnitatis essentialis Abysso, qui est DEVS Opt: Max: interuallo, quantum infinitum à finito, Intellectuale à Materiali, Omnia à Nihilo, dissidet. Quemadmodum enim omnes numeri ab vnitate emanant componunturque; ita ab vnitate illa seu Monade supramundana, cunctæ eorum, quæ aut intellectu concipiuntur, aut oculis perlustrantur, conditarum rerum ordines, genera, species, fœcundissimæ Mentis æternæ conceptu prodierunt; Quam Monadem miro quodam & nescio quo instinctu agitatus, hisce verbis descripsit Trismegistus: *Vnitas*, inquit, *omnium principium*, *radix*, *atque origo*; *absque principio verò nihil, initium autem non est principij*, *sed alterius*: *Monas ergo principium omnium numerorum continet*, *à nullo contenta*, *omnemque gignit numerum*, *nullo numero genita*. Cui subscribit Boëtius: *Omnia*, inquit, *quæcunque à primæua rerum Monade constructa fuerunt*, *numerorum ratione formata videntur*; *hoc enim principale fuit in animo Conditoris exemplar*; *hinc quatuor Elementorum congeries mutuata fuit*, *hinc temporum vices*, *hinc motus astrorum*, *Cœlique conuersio*. Quibus qui-

Trismegistus in Pimãdro.

Boetius in sua Arithmetica.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

Quid ſit vnitas in Deo.

dem verbis nil aliud, quàm infinitam illam Diuinæ Naturæ eſſentiam ſuperimmenſam, indiuiſam, vnam, ſimpliciſſimam, omnium idearum ideam, formarum formam, rationem rationum, numerorum omnium, id eſt, omnium conditarum rerum fontanam monadem intellexit; tametſi humanum intellectum longè ſuperet, quomodò ex vnitate illa ſuperna ex ſe & ſua natura ſimpliciſſima, tantæ multitudinis fœtus, tanta productarum rerum varietas cum tanta fœcunditatis vbertate, ſine vllo vnitatis ſuæ impertibilis damno, emanare potuerit. Totum tamen hoc myſterium non alia meliori ratione, quàm ſub vmbratili quadam ſimilitudine, per materialis vnitatis proprietates exponi poteſt; quemadmodum enim omnia à mente diuina, ita quodam modo omnia à mente noſtra; quod Deus in creatione, hoc mens noſtra in numerorum productione; diuina mens diſcernit omnia; diſcernit & omnia mens noſtra. Sed Dei diſcretio rerum productio eſt in propria ſubſiſtentia, noſtra verò ſolum numerorum, quæ ſunt diuinæ diſcretionis ſimilitudines. Sublata enim vnitate, numerorum nullum reſtabit veſtigium; ſublatis verò numeris ſemper intacta reſtabit vnitas, quæ vti numerorum omnium origo eſt, ita quoque omnes in ſe numeros virtute continet, adeòque numerus tam par, quàm impar, tam maximus, quam minimus in vnitate mira quadam eminentia in fœcunda illa vnitate complicatur. Ita prorsùs in ſuperimmenſa illa monade, quæ eſt ſupramundani illius opificis fœcundiſſimus conceptus & Archetypon, in quo par & impar, maximum & minimum, teſte Boëtio

Quomodo Deus numerare cenſeatur quomodo noſter intellectus.

&

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a

& Cusano, ita coincidunt, vt sine vlla sui ipsius aut mutatione, aut diuisione, vnum semper in se, ineffabili modo subsistat; quod vt luculentiùs pateat, id meliori faciliorique, quo datur modo, exponamus.

Maximum absolutè hoc loco nihil aliud esse dicit Cusanus Cardinalis lib. de docta ignor. quàm maximum, quo maius dari non potest, estque veritas infinita, nullo humano, nec Angelico intellectu comprehensibilis. Nam cum hoc maximum de eorum natura, quæ excedens & excessum admittunt, minimè sit; erit id necessariò super omne id, quod conceptu mentis nostræ exprimi potest; omnia enim, quæcunque ratione aut intellectu apprehenduntur à nobis, ita inter se, & à se inuicem differunt, vt nulla prorsùs præcisa æqualitas inter illa assignari possit. Maxima autem æqualitas illa est, quæ vti à nullo est alia, aut diuersa, neque vllum quoque vel excessum, vel defectum importat, ita super omnem quoque intellectum collocata, omnem meritò mentis conceptum excedit, atque adeò cum maximo absolutè idem est. Porrò cùm hoc Maximum absolutè omne id, quod esse potest, sit; minimum autem absolutè id sit, quo minus concipi non possit; perspicuum est, maximum absolutè, minimo absolutè coincidere. Oppositiones igitur, quas in rebus imbecillis mentis nostræ fundat apprehensio, locum tantum habent in ijs, quæ excedens & excessum admittunt; Maximum verò & minimum absolutè, vti supra omnem oppositionem est, ita nullum quoque excessum vel defectum, vti dictum est, suo in conceptu con-

Quid sit Maximum absolutum.

Quid sit Minimum absolutè.

Maximum & Minimũ absolutè coincidunt absque vlla cõtradictione.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

cludere poteſt, vt doctè probat Cuſanus.

Maximum abſolutum omnia eſt.

Cum itaque Maximum abſolutè omnia ſit abſolutè actu, quæ eſſe poſſunt, illud abſque vlla oppoſitione, vt cum minimo coincidat, neceſſe eſt; atque adeò, quod ſuper omnem affirmationem & negationem, & ſuper omne id, quod concipi poteſt, exiſtit, id quoque non magis eſſe, quàm non eſſe concipitur; & omne id, quod concipitur non eſſe, non magis non eſt, quam eſt; verùm ita eſt hoc, vt ſit omnia, & ita omnia, vt nullum; & ita maximum, vt ſit minimum; ita lux, vt tenebræ; *vti enim tenebræ eius, ita & lux eius*; Cùm aliàs Deus omnia poſſibilia actu eſſe non poſſet, ſi non eſſet infinitus & terminus omnium. Hoc autem omnem intellectum tranſcendit, qui nequit contradictoria in ſuo principio combinare via rationis, quoniam per ea, quæ nobis ab ipſa natura nota ſunt, ambulamus, quæ longè ab hac infinita virtute cadens, ipſa contradictoria per infinitum diſtantia connectere ſimul nequit. Supra omnem itaque viam rationis incomprehenſibiliter maximum illud abſolutum ſeu infinitum, cui nihil opponitur, videmus cum minimo coincidere. Sunt itaque Maximum & Minimum hoc loco tranſcendentes abſolutæ ſignificationis termini, quæ in ſua ſimplicitate abſoluta ſupra omnem contractionem ad quantitatem molis aut virtutis, omnia complectuntur. Atque hoc Maximum & Minimum nihil aliud eſſe, quàm vnum, ſcitè ſanè oſtendit ſapientiſſimus Cardinalis Cuſanus, libro de docta ignorantia hiſce verbis.

Boëtij Epiphonema probatur.

Cum excedens & exceſſum propriè numerica ſint

con-

considerationis, atque adeò anima numeris assueta, sine ijs quicquam finitum & terminatum concipere non possit; sublato numero, ipsa quoque rerum discretio, ordo, proportio, harmonia, atque ipsa entium multitudo, quæ sine numeris concipi non potest, vt cesset necesse est. At si numerus iste esset infinitus, quoniam tunc iuxta dicta maximum actu cum minimo incideret, omnia pariter prædicta cessarent, cùm idem sit numerum infinitum esse, & minimè esse. Infinito igitur numero adeò magnus quidem assignari non potest, vt eo maior esse non possit in potentia; maximum tamen actu numerum, quo maior dari non possit, assignari, est assignari eum, qui nec principium, nec finem suæ magnitudinis habet; numerus siquidem infinitus esset, & consequenter talis numerus, neque discretionem rerum, neque ordinem, neque pluralitatem, neque excedens neque excessum admitteret, imò numerus non esset. Quapropter necessarium est in numero ad minimum pertingere, quo minus esse nequit; atque hæc est Vnitas: & quoniam vnitate minus esse nequit, erit hæc vnitas minimum simpliciter, atque adeò cum maximo simpliciter coincidet. Non potest autem hæc vnitas numerus esse, vtpotè omni excessu carens, sed est principium numeri; quin minimum quod hæc Vnitas refert, finis est omnis numeri, quia maximum est, cum quo minimum coincidit. Est igitur vnitas absoluta, cui nihil opponitur, ipsum Maximum simpliciter, qui est Deus benedictus, quæ Vnitas vti maxima est, ita multiplicabilis & participabilis, quoniam omne id est, quod esse potest. Non potest igitur ipsa vnitas numerus fieri. Atque hanc Hebræi, vt in Cabala exposuimus.

Vnitas Maxima æquipa rata Vnitati Minimi.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

mus אין סוף. Enſuph vocant, Diuinæ eſſentiæ infinitum, Mare illud magnum & interminum; hæc Vnitas apud Zohar vocatur: *Vnitas ſimplex & abſoluta vnitate ſimplici, & abſolutiſsima omnibus modis & rationibus, & ex omnibus examinibus, quibus examinaueris hoc, nihil percipies, niſi vnitatem ſimplicem & ſummè abſolutam.* Atque hanc vnitatem ita neceſſariam eſſe, vt illà non exiſtente, nihil conditarum rerum exiſtere poſſit, ſupracitatus Author hiſce verbis oſtendit.

Zohar de vnitate.

Cum omne non Maximum ſit finitum & principiatum, neceſſariò id erit ab aliquo; Si enim à ſeipſo eſſet, fuiſſet, quando non fuiſſet; ne igitur proceſſus concedatur in infinitum, Maximum ſimpliciter neceſſarium, ſine quo nihil eſse poteſt, concedendum eſt. Cùm præterea nullum eſſe intelligi poſsit ſine eſse, Maximum autem eſſe oppoſitionem non admittat; neceſſe eſt, minimum eſſe, cum maximo eſſe coincidere, eritque abſolutum eſſe nihil aliud, quàm Maximum eſſe; quemadmodum Veritas maxima, eſt Maximum abſolutè; maximè itaque verum eſt, ipſum Maximum ſimpliciter eſſe, vel non eſse; vel eſſe & non eſse; vel nec eſſe, nec non eſse; in infinito enim Diuinæ eſſentiæ hæc omnia ſine vlla oppoſitione conſiderari poſſunt.

Card. Cuſanus de docta Ignor.

Patet hinc, quare S. Dionyſius Deum ſubindè Ens & non Ens dixerit, & Zohar ſubtiliſſimis verbis explicat: *Iam dixi tibi, quod producenti Ens de non Ente nihil decedit, & quod Ens eſt in non Ente quoad rem non Entis, & non Ens eſt in Ente quoad rem Entis, vt diſcas, quod non Ens ſit Ens, & Ens non ſit Ens.* Patet igitur ex dictis, Maximum ſimpliciter neceſſariò eſſe, imò eſſe ip-

Deus cur dictus ſit Ens & non Ens à S. Dionyſio.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a

ipſam abſolutam neceſſitatem, & hanc Vnitatem eſſe abſolutam. Vnitas ergò hæc erit Maximum ſimpliciter, quod ſupra innuimus, & S.Dionyſius doctè demonſtrat lib.de diuin. nomin. Cum omnibus vt ſint,cauſa ſit Deus, ipſe non eſt, vtpotè omni eſſentia ſuperior, qui enim excedi omnem ſubſtantiam, ſcientia omni item eſt ſuperior. Et inde modus de Deo philoſophandi emanat negatiuus; vti enim nihil inexiſtit in Deo quod non ſit Deus; ita omnia quodammodo Deus, & Deus omnia; vt proindè hinc emanet de Deo affirmatiuus differendi modus, qui teſte S. Dionyſio, à poſterioribus incipiens,ad infima & abiectiſſima ſenſim progreditur, vtpotè negatiuo oppoſitus, vt quæ ab infimis ſenſim ad ſuprema progrediatur. Verum cum affirmatio pariter & negatio à finita mente,finita ſint, neque attingere poſſint id quod excellit omne finitũ; ideò manet in infinitatis tenebris, omni luce inacceſſibilis; quare ſupra omnem eſt affirmationem & negationem, atque hinc emergit excellentium negationum Theologia, quæ nec aliquid aſſerit, neque aliquid de Deo negat. Theologia negatiua quæ.

CAPVT II.

Quomodo Vnitas, ſeu Monas trina dici poſsit?

POſt Vnitatem ordine numerorum ſequitur Dyas, id eſt, binarius, qui vti eſt Monadis quædam iteratio & reaſſumptio,ita quoque non immeritò Monas ſecunda dici poteſt, primus, iſque ſimpliciſſimus nume-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

merus, externum, primum & ſenſibile vnitatis germen monadiſque duplicatio, initium omnis multitudinis, quæ humano ingenio concipi poteſt; qua ſcitè ſanè creaturarum omnium, quarum non eſt numerus, à ſimpliciſſima illa Deitatis monade fœcundiſſimus effluxus notatur, omnis multitudinis primordium; quæ vti malo & imperfectioni obnoxia eſt, ita quoque ab Hieromyſtis pro ſymbolo rerum confuſarum, malorumque initio ſumitur; hoc enim pacto pars Naturæ Angelicæ ab vnitate ſuperna reciſa ſeparataque; omnium malorum iliadem in orbem intulit; de quo vide Dionyſ. de Diuin: nomin: fuſiùs explicantem. Vndè & Philoſophi Materiam primam per Dyadem expreſſerunt: quemadmodum enim Deus per primam vnitatem in ſe ipſo immutabili & indiuiſibili eſſentia ſubſiſtit; ita vnitas ſecunda ſeu iteratio Monadis, & antiquitate & vnitate Deo proxima dicitur, eò quod cunctarum ſenſibilium corporearumque rerum tantùm vna ſit materia, totius oppoſitionis ectypon; cum prima relatio & oppoſitio non niſi in dyade contingat, de quibus inſequentibus. Eſt itaque Dyas ſecunda à prima monade deciſa vnitas, multitudinis initium, & primus parium numerus, malitiæ tamen nonnullius eam inſimulant philoſophi, eo quod primum ab vnitate receſſum exprimat, quam multitudinis & imperfectionis notam dicunt; cumque diuerſitatis, inæqualitatis, diſſimilitudinis principium & vnitatis diſtinctio caſuſque primus ab vno ſit, non immeritò à veteribus tum Græcis tum Ægyptijs, Hebræiſque diuiſionis in omni diſciplina cen-

Dyadis myſteria.

Dyas eſt primus receſſus à Deo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

cenſetur numerus, quo ab Aegyptijs oppoſitarum rerum diſſidium lis & diſcordia, pugnantiumque in natura qualitatum viciſſitudines non immeritò à Perſarum Magis ſub Arimanij & Orimazis allegoria, de qua ſuprà, & ab Aegyptijs ſub Oſiridis & Typhonis mythologia repræſentatæ indicantur, de quibus Tomum II. Oedipi, Claſ. VII. conſule. Sed vt ad propoſitum nobis ſcopum reuertamur, meritò quæri poſſet, quomodò Archetypa illa vnitas, cum vnum quid ſimpliciſſimum, indiuiſibile & immutabile ſit, poſt dyadem trina tamen dicatur?

Triadis excellentia.

Trias triniter prima, teſte Boëtio, Dux eſt & Princeps imparium, numerus perfectus, primus, integer, conſumatus, vniuerſus, totus: nam ſicuti Monas eſt ſimplex ſine extremitate, & Dyas extremitas diuidua & patula eſt ſine medij vnitate; ſic trias miro complexu vtramque ſe priorem apprehendit; inueſtit enim circumuallatque Monadem Dyadis ſubſidio, & Dyadis extrema vnitate iungit nectitque; & ſicuti diuiduæ potentiæ inditus actus ſuaptè natura impers, totius conflat impletque ſubſtantiam; ita & in Dyadem progreſſa Monas, illiuſque excepta finibus, triadis complet, perficitque numerum; Vndè non immeritò numerus dicitur Princeps, Diuinæ emanationis ſimulachrum, totius contemplationis & ſapientiæ fundus: & ſi primaria rerum ſubſiſtentia contingit in Monade, ſeu puncto, ſubſiſtentium verò cognitio & apparitio in Dyade ſeu linea; erit ſupremus cognitarum & ſupremarum ſubſtantiarum amor & feſtiua proſecutio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

triadis. Mirum igitur non eſt, veteres Philoſophos tanto ſtudio Triadis incubuiſſe myſterijs.

Ternarij numeri geneſis

Sicuti igitur ex Monade naſcitur Dyas additione vnitatis, ſic additione Monadis ad Dyadem naſcitur Trias, numerus triunus ex vno in vnum reductus: quia ſicuti vnitas principium numerorum, ſic trigonus prima omnium figurarum rectilinearum, naſciturque ex binario & vnitate, & in hieroglyphicis pyramidibus per Δ ſignatur; quod initium ducit à puncto ſeu Monade pyramidis, & per duo quælibet latera in baſim extenditur, qua Δ conſtituitur, ſacra illa & tot Antiquorum ſcriptis celebrata Trias, verum Platonicum triplicis Mundi exemplar & idea, vera illa trutina iuſtitiæ Pythagoricæ ad medium duorum vitiorum vtrimque reducta, numerorum omnium principium, Diuinæ trigonum Naturæ, totius imperfectionis, ac Naturæ mancæ complementum, formarum appetitus in Protheo vigentis vnicum centrum, pyramidis myſticæ fundamentum, fons & origo corporum, quà ad myſticas ſignificationes, & reconditas rerum explicationes nihil vberius. Sicut enim par primus, nempè dualitas, eſt diuiſio, primaque diuerſitas ac caſus, vt diximus, primus ab vno; ſic ternarius primus numerus impar eſt quaſi reditus ad vnum atque principium; & perfectior eſt pari, cùm illum comprehendat, non ab eo comprehendatur: Vndè aptiſſimus numerus eſt iuſtitiæ, ſiquidem in paribus iuſtitia quaſi diſſoluta eſt ſine medio, vt rectè admonet Plato lib. 1. de legibus, nec vllum, quo innitatur, cardinem habet; ſed in ipſo impari, ſu-

Ternarij numeri laus.

Plato.

ſuper ipſum vnum, eſt medium quaſi centrum atque Numen, quo æqua diſtributio, & ad quod quaſi finem regitur. Impar etiam propter medium ſui ipſius vinculum, vt rectè Plotinus dicit, ſuipſius vinculum intra ſe poſſidet, & propter centrum circulare exiſtit, & propter comparationem extremorum ad medium, vniuerſi ordinis principium eſt: In ternario enim principium, medium, & finis eſt; Vndè & τὰ τρία πάντα, & priſci quoque Theologi, vt principium, medium, & finem in Deum referenda deſignarent, tria in ſacrificijs offerebant. Quibus quidem exhibitis, iam ad Vnitatis trinæ explicationem progrediamur.

Plotinus.

Ternarius numerus perfectiſſimus. quod continet principium, mediũ & finem.

Nulla vnquam Natio fuit, quæ Deum non coleret, & eum Maximum ſimpliciter non crederet. Siſſenij vnitatẽ maximè adorabant. Pythagoras Trinitatem vnã aſſerebat. Quod vt intelligatur, verba Cuſani adducam, queis rem ſcitè ſanè exponit. Ille ſupra citato: *Sciendum eſt*, inquit, *id quod omnẽ alteritatem præcedit æternum eſſe: alteritas enim idem eſt, quod mutabilitas; ſed omne quod mutabilitate naturaliter præcedit immutabile eſt, & conſequenter æternum. Vnitas ergò natura prior eſt alteritate, & quoniam eam naturaliter præcedit, eſt æterna. Porrò omnis inæqualitas eſt ex æquali & excedente, vndè inæqualitas emergit, æqualitate naturà poſterior; quod ita oſtendo. Omnis inæqualitas in æqualitatem reſoluitur nam æquale inter maius & minus eſt; ſi itaque dempſeris, quod maius eſt, habebis æquale; ſic ſi minus dempſeris à maiori, iterum habebis æquale. Inæqualitas itaque per ſubtractionem ad æqualitatem reducitur; ergò æqualitas naturaliter præcedit inæ-*

Vnitas naturà prior eſt alteritate.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

quale; Alteritas ergo & inæqualitas natura ſimul ſunt: vbi enim alteritas ibi & inæqualitas, & è conuerſo; inter duo namque ad minus erit alteritas, illa verò ad vnum illorum duplicitatem facient, quarè erit inæqualitas per exceßum vnius. Alteritas ergò & inæqualitas ſimul erunt naturà, ſed ex præmißis æqualitas naturà præcedit inæqualitatem, quarè & alteritatem; æqualitas ergò erit æterna. Iterum ſi duæ fuerint cauſæ, quarum vna prior ſit altera, erit effectus prioris prior naturà effectu poſterioris. Sed vnitas vel eſt connexio, vel eſt cauſa connexionis, eſt enim Vnitiua omnium: binarius verò, vel diuiſio eſt, vel cauſa diuiſionis, ergò ſicuti vnitas natura prior eſt binario, ita & connexio naturà prior eſt diuiſione; ſed ſicuti alteritas & diuiſio naturà ſimul ſunt, ita vnitas & connexio: Cum itaque probatum ſit, id quod alteritatem, diuiſionem, ſeu mutabilitatem præcedit eße æternum, eſt enim id ſimpliciter maximum; nihil verò præcedens alteritatem aliud ſit quàm vnitas, vnitas autem idem ſit, quod æqualitas & connexio; erit neceßariò, vnitas, æqualitas, & connexio æterna; non tria æterna, ſed vnum æternum, ſi enim plura eßent æterna, alteritas ſiue multitudo prius eßet vnitate, iterum alterum alteri deeſſet, atque adeò nullum illorum eßet æternum; æternum itaque eßent, & non æternum, quæ omnia abſurda ſunt & impoſsibilia. Manet ergò Vnitatem, æqualitatem & connexionem, vti vnum ſunt, ita & æternum eſſe. Ita Cuſanus.

Alteritas & inæqualitas ſimul ſunt naturà.

Vnitas, æqualitas, & connexio ſicuti habent vnũ eſſe, ita habent æternũ eſſe.

Atque hæc eſt illa trina vnitas, quam Pythagoras adorandam ſtatuit; quamque Ægyptij Hemphta dicebant, & ſub figura ἰφι-κυκλο-πλεεμόεφω, id eſt, per globũ ſer-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

ſerpentem, alam in vnum hierogramma congeſta, occultè exprimebant; de quo vide Obeliſcum Pamphilium.

Ab vnitate itaque gignitur vnitatis æqualitas negatiue, id eſt carentia inæqualitatis, atque ab his procedit connexio; Deus enim vnicus, vti ipſa rerum entitas eſt, ſeu forma eſſendi, æqualitas verò entium æquitas, in qua neque plus, neque minus ſit, nihil ſuprà, neque infrà; ita generatio vnitatis nihil aliud eſt, quàm vnitatis repetitio; ſi enim bis vel ter, aut deinceps Vnitatem multiplicaueris, iam Vnitas ex ſe aliud procreabit, vt binarium, ternarium, vel alium quemuis numerum, qui creatis conuenit. Vnitas ergò in Diuinis ſemel tantùm repetita gignit Vnitatis æqualitatem, ſiue quod idem eſt, Vnitas gignit Vnitatem, quæ eſt generatio æterna Patris & Filij. Hinc patet, quomodò illud Triſmegiſti intelligendum ſit: *Monas genuit Monadem, & in ſeipſam ſuum reflexit ardorem*. Sicuti igitur generatio Vnitatis ab Vnitate, eſt vna Vnitatis repetitio, ita proceſſio ab vtroque eſt repetitio Vnitatis entitatiuæ, & æquatiuæ, ſiue quod idem eſt, Vnitatis & æqualitatis connexio & vnitio. Rectè itaque ab vnitate & æqualitate vnitatis, id eſt, ab vtroque connexio procedit, neque enim connexio vnius tantùm eſt, ſed ab vnitate in æqualitatem vnitas procedit, & ab vnitatis æqualitate in vnionem. Neque dicitur, connexionem ab vnitate, vel ab vnitatis æqualitate gigni, quoniam neque ab vnitate per repetitionem fit, neque per multiplicationem: & quamuis ab vnitate gignatur vnitatis æqualitas, & connexio procedens ab vtroque, veluti ſi de eodem dicatur,

Triſmegiſti effatum explicatur.

hoc,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a

hoc, id, Idem; hoc ipſum quidem quod dicitur id, ad primum refertur; quod verò dicitur idem, relatum connectit & coniungit ad primum. Atque ex tali quantumuis diſſita ſimilitudine Pater dictus eſt Vnitas, Filius Æqualitas, Connexio verò Amor, ſeu Spiritus Sanctus. Atque hæc ſunt, quæ de Triſmegiſti & Pythagoræ trinitatis in Vnitate ſcrutinio Lectori curioſo exhibere volui.

Dyras quomodo alteritatē induat.

Vides itaque, quomodo ex vnitate Dyas profluens alteritatem quandam inducat, verum mundanæ productionis Symbolum, bonorum malorumque nec non viciſſitudinis rerum in Mundi conſtitutione index. Vides quomodò vnum additum vni quomodolibet poſitum, ſemper minimum cauſet ſpatium, interſtitium, ſeu intercapedinem, quam poſitio duarum vnitatum exprimit, idemque in diſcreta quantitate exhibet, quod linea in quantitate continua; ſicut enim ex fluxu puncti concipitur productio lineæ, ita punctum à puncto ſecretum, ſpatium omnium minimum cauſat, quam Dyas vnitas ſecunda refert. Rurſus cum linea ad alteram lineam inclinata, ſectione ſua angulum efficit, quid aliud quàm indeterminatum quoddam ſpacium omnis ſuperficiei expers efficit? cui tamen ſi tertiam lineam addideris, tùm eccè vnitas geometrica triuna exurgit, videlicet triangulum, adeòque ex vnitate in vnitatem fit reditus; Eſt enim hæc vnitas trigona prima vnitas omnium ſuperficierum, omniumque figurarum rectilinearum fons & origo; ſicuti enim vnitas numerica Diuinæ Naturæ, ita prima vnitas hæc geo-

Comparationes Dyadis & Triadis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a

geometrica, Dei triunius vmbratilis quædam imago, typus & exemplar est, & in sequenti triangulo æquilatero



A B C. luculenter apparet, in quo vnitas trianguli Diuinæ essentiæ vnitatem notat, laterum verò angulorumque ab vnitate distinctorum æqualitas, trium Diuinarum hypostasium in natura & essentia æqualium vnitatem haud incongruè denotat. Sicuti ergò ἀδύνατον est, vt aut latere, aut angulo ab isopleuro sublato essentia trianguli maneat, ita in Diuinis vna hypostasis sine altera esse non potest, quin totum destruatur; neque enim Pater sine Filio, neque Filius sine Patre, nec vterque sine Spiritu Sancto esse aut concipi potest. Si enim ex trigono siue angulum, siue latus sustuleris, iam non triangulum vni-trinum nec tri-unum erit, sed in dyadem totius imperfectionis indeterminatum Chaos degenerabit. Iterum, si per impossibile vna hypostasis tolleretur ab altera, maxima in tri-uno Diuinitatis triangulo foret confusio. Patet itaque, quod suprà docuimus, tri-unum triangulum siue isopleuron vmbratile esse SS. Triadis Symbolum, in quo Deus Pater vnitatem, Filius æqualitatem, Spiritus Sanctus vtriusque per amorem connexionem notat, quod nec Trismegistum latuit, dum nescio quo afflatu agitatus dixit: *Monas Monadem genuit, & in seipsam suum reflexit ardorem*. Vbi per Monadem aptè Patrem, per genitam Monadem Filium, & per reflexionem ardoris Spiritum Sanctum, qui amor & ignis dicitur, in-

SS. Trinitas cum Δ æquilatero comparatur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a

innuit. Sit Monas prima latus A B, altera Monas B C. erit latus A C connexio Monas ex C in A. reflexa, quo trigonum Diuinitatis tri-unum Numen aptè exprimitur, vti in antepoſita figura patet. Quemadmodum verò vnitas extra ſe in multitudinem diffuſa, rerum omnium productioniſque Mundanæ ab vnitate ſuperna profluentis diuerſiſſimarum rerum differentiam, ita Monas geometrica triangularis, rerum in Mundo creatarum innumerabilem multitudinem & varietatem denotat; Eſt enim vti vnitas principium omnium numerorum, id eſt, multitudinis; ita & triangulum prima ſuperficies omnium figurarum rectilinearum, quæ mente humana concipi poſſunt, radix & origo, & ſicuti in vnitatem omnes numeri, ita in triangulum omnes figuræ rectilineæ, id eſt, omnis rerum creatarum multitudo, in trigonum illud Archetypon reſoluit. Vndè Plato ſcitè ſanè ad hoc alluſiſſe videtur, dum *Mundum hunc ſenſibilem ex Trigono Archetypo profluxiſſe aſſeruit*, quo & cunctæ res veluti Diuinitatis quodam ſignaculo impreſſæ videntur, atque adeò vel ipſa natura per manifeſtiſſima rebus omnibus impreſſa ſignacula, tanti nos myſterij participes eſſe voluerit: Nam ſi vniuerſam Naturam perfectam credimus, certè & eandem vel ex luculentiſſimis indicijs trinam eſſe, fateri cogemur: Cum enim omnis Creatura ſit tri-unius Conditoris opus Diuino fulgore coruſcum; Certè vt in ſe Diuinæ perfectionis & Sacræ Triadis in ſe impreſſa veſtigia demonſtret, neceſſe eſt; ſunt enim cunctæ res, quæ ſenſibus obijciuutur, veluti ſpecula quædam, quæ Diuinitatis tri-unæ imagines

Vnitas geometrica quid notet.

ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a

ad nos reuerberant voces quædam reflexæ, quæ ad instar Echo Conditoris tri-unius gloriam occulto quodam præsagio nobis concinunt. Verùm nè in re passim nota hæreamus, hìc Abacum Trinitatis rerum omnium apponemus.

SS. Trias omnibus rebus impressa.

Trinitas in Deo Archetipa.	Pater.	Filius.	Spiritus Sanctus.
In Anima.	Intellectus.	Memoria.	Voluntas.
In gradibus animæ.	Vegetatiua.	Sensitiua.	Rationalis.
In Intellectibus.	Diuinus.	Angelicus.	Humanus.
In Sapientia.	Diuina.	Angelica.	Humana.
In Intellectualibus.	Mens.	Intellectus.	Ratio.
In Ratiocinio.	Maior extremitas. Maior propositio.	Minor.	Conclusio.
In Eruditione.	Conceptus.	Vox.	Scriptura.
In Mundo.	Intellectualis.	Cœlestis.	Elementaris.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a

In Sole.	Lux.	Radius.	Calor.
In Luna.	Coniunctio.	Medium.	Oppoſitio.
In Circulo.	Centrum.	Diameter.	Circumferentia.
In Magnitudine.	Longitudo. Linea.	Latitudo. Superficies.	Profunditas. Corpus.
In numeris.	Linearis.	Planus.	Solidus.
In hominum poſitione.	Iacere.	Stare & ambulare.	Sedere.
In plantis.	Arbor.	Frutex.	Herba.
In nube.	Pluuia.	Nix.	Grando.
In arbore.	Folium. radix.	Flos. truncus.	Fructus. Rami.

Atque hæc ſunt, quæ de Triade rebus impreſſa paucis dicenda duxi; adeò vulgato prouerbio verum ſit, numero Deus impare gaudet, & omne trinum perfectum. Cum itaque omnia tam viſibilia, quàm inuiſibilia arcanæ illius & ſupra excelſæ vnitatis veſtigia & ſigna ſint triade notata, certè omnem creatam triadem ab æterna & increata Trinitate, tanquam ideatum ab idea profluxiſſe, credere congruum eſt, quamuis creatam inter & increatam Triadem infinita quædam differentia inter-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a

tercedat; vti enim creata inæqualitatem, diuisionem, prioritatem posterioritatemque connexam habent, ita in Diuinis summam æqualitatem, summam connexionem, identitatem & æternitatem exhibent, ita vt in Diuinis nil temporaneum, inæquale, disiunctum & separatum, nil prius aut posterius, sed omnia æqualia, infinita & æterna esse censeri debeant; ita vt Monas cum Monade trigona, trigonus cum circulo, circulus cum circumferentia & centro, maximum cum minimo prorsùs coincidant, vti suprà quoque innuimus, & in Arte nostra Analogica fusè docebimus. Hæc itaque de vnitate triadica dicta sufficiant, quare iam ad tetradis siue quaternarij mysterium exponendum nos accingamus.

Differentia Trinitatis creatæ & in creatæ.

CAPVT III.

De Mysterijs Tetradis, seu Quaternarij.

SIcuti in præcedentibus punctum Monade descripsimus, lineæ verò interuallum diuidua Dyade distendimus, superficiei autem latitudini Triadem indidimus; ita nunc superest, vt in corporea plenitudine, & solidi profunditate quaternarius requiescat, distendatque & cmetiatur potissimum corporis interuallum. Nam vt suprà dictum est, quaternarius primus est corporeus solidusque numerus, producitque vel pyramidem trilateram, vel cubum. Vtraque figura diuersis modis producitur. Prior sic: Puncta quatuor, siue

Numerus quaternarius vel conficit pyramidem trilateram, vel Cubum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

quatuor vnitates in præcedentibus indicatæ, angulorum ipſius capita finiunt; Lineæ ſex dirimunt ac diſpertiuntur; quatuor ſuperficies eandem operiunt & contegunt; deindè ſub ipſis terminis abditum, oculiſque imperuium corpus exiſtit ex quaternario. Quod ſi quaternarium ſub hiſce terminis 1. 2. 3. 4. expanſum collegeris, habebis 10, ſecundam Monadem, & Angelici Mundi radium; denarium ſi quadres, mox occurret 100, tertia Monas, animaſtici Chori exordium; ſi denique ſecundam Monadem in tertiam, id eſt, 10. in 100. duxeris, exurget cubus ſiue ſolidum corpus, omnium, quæ viſui patent, ſenſibilium rerum reconditorium. Hinc quatuor elementorum ſimplicia corpora, quæ quadruplex generum ordo, Subſtantia, quantitas, qualitas, locus comitantur: Subſtantiæ competit generatio & corruptio: quantitati augmentatio & diminutio; qualitati motus alterationum contrarijs inſiſtentium; loco denique latio congruit. Quibus quadruplex rerum ordo, ſubſiſtentium inanimatorum, viuentium, ſenſibilium & rationalium fulcitur & conſeruatur. Atque hæc eſt Pythagorica illa tetractys, conuerſos rerum ordines continens, de qua cùm fusè in Muſurgia noſtra vniuerſali egerimus, illuc Lectorem remittimus.

Quaternarius eſt in potentia denarius,

Fœtus quaternarij multiplex.

Tetractys igitur reperitur in omnibus rebus. Chaos eſt diuiſum in quatuor Elementa: Cœlum in quatuor partes ſeu angulos; Aer in quatuor ventos; Zodiacus in quatuor triplicitates; ſub Cœlo quatuor temporum qualitates; ſub qualitatibus quatuor Elemen-

Tetractys reperitur in omnibus rebus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a

menta; ſub Elementis ſubſtantia, quantitas, qualitas, motus; ſub ſubſtantia corporea, Entitatiuum, Vegetabile, Senſitiuum & Intellectiuum; quantitas in punctum, longitudinem, latitudinem & profunditatem; qualitas in quatuor, ſiccum, frigidum, humidum, calidum; Motus in aſcendentem, deſcendentem, rectum, circularem? Terra in quatuor ſpacia diuiditur. Præterea non malè Tetractys dicitur continere res omnes, cum quaternarius, vti alibi oſtendimus, vt potè in potentia denarius, numerorum omnium perfectiſſimus & abſolutiſſimus, ſit rerum omnium idea, vltra quem nullus alius numerus reperitur, vt in Obeliſco Pamphilio oſtenſum eſt lib.2.cap.10. Hunc quoque Cabalici Hebræorum reducebant ad decem Sephiroth, quæ ſunt diuina attributa & menſuræ, queis Deum, Diuinam prouidentiam, & immenſitatem rerum deſcribere ſolebant. Quæ vt omnia clarius pateant.

Cabaliſtæ ad 10. omnia reuocant.

Quadruplex vnitas explicatur.

Quadruplicem vnitatem hoc loco exponendam duximus; prima eſt ſimpliciſſima ſiue Μονάδικη, Monadica; altera δεκάδικη, Decadica ſeu denaria; tertia ἑκατονταδικη, hecatontadica ſeu centenaria; quarta χιλιάδικη, chiliatica ſeu millenaria. Prima intuetur ſimpliciſſimam & indiuiſam vnitatem, ſcilicet 1; ſecunda denariam vnitatem, quæ & ſequentium radix dicitur, & 10 ſunt; tertia centenariam vnitatem contemplatur, & eſt præcedentis vnitatis denariæ quadratura, videlicet 100; quarta 1000, id eſt, millenariam reſpicit vnitatem, & eſt præcedentis denariæ vnitatis cubus. Quæ quatuor Monades vti fluxum puncti in lineam,

Declaratur natura ſingularum vnitatum.

li-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a

lineæ in ſuperficiem, ſuperficiei in corpus pulchrè explicant; ſic prima centralis monas, ſecunda ſuperficialis, tertia quadrata, quarta ſolida rectè denominari poteſt. Atque hac ratione ſtatutis duobus extremis, vnitate, & millenario, cœteros omnes numeros per acceſſum & receſſum ab illis definiebant Pythagoræi, eſtque varia illa & myſteriosa τετρακτύς Pythagoræ. Verùm inter duo hæc, duo ſtatuebant media, nempè 10. & 100: & denarium quidem radicem, centenarium quadratum, millenarium verò cubum appellabant. Vnitas ſine diuiſione eſt, & vt punctum; denarius millenarij radix cum ſimplici diuiſione; eſt enim pariter impar, & vt linea: centenarius cum duplici diuiſione, & vt ſuperficies; diuiditur enim in 50 & 50, deindè 50 in 25 & 25: millenarius verò cum trina diuiſione, & vt corpus; diuiditur enim 1000 primò in 500 & 500; deindè 500 in 250 & 250. Rursùs 250 in 125 & 125, inibique ceſſat diuiſio. Sicuti igitur monas omnis diuiſionis expers, ſic 10 vnam diuiſionem tantum admittens, aptè Intelligentijs applicatur, 100 binà diuiſione animam; 1000 verò trinà diuiſione aptè corporeum Mundum oſtendit. Sed explicemus ſingula.

Tetractys Pythagorica

Monadica vnitas Diuinam eſſentiā notat.

In Monadica vnitate contemplamur ſimpliciſſimam Mentem omnium productricem Diuinam eſſentiam; in ſecunda radicali vnitate Angelicam Intelligentiam; in quadrata animam: in cubica denique corpus intuemur; ita vt hiſce quaternis vnitatibus diſtinctis, diſtinctas in ſingulis proprietatum rationes comperiamus. Nam in Deo omnia Deus, in Intelligentia omnia intelle-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

lectus, in anima omnia anima, in corpore omnia corpus est; quod aliud non est, quàm Mentem omnia complecti vel diuinè, vel intellectualiter, vel animaliter, vel corporaliter; Diuinè quidem, prout res est veritas; intellectualiter, hoc est, vt res non est veritas, sed vere; animaliter, hoc est, vt res est verisimiliter; corporaliter denique, hoc est, vt verisimilitudinem exit, & confusionem subintrat. Prima vnitas veluti exemplar omnium, omnem præcedens multitudinem, & consequenter omnem alteritatem, oppositionem, inæqualitatem, diuisionem; & tametsi huiusmodi vnitas nec binarius, nec ternarius, nec quaternarius sit, omnia tamen ea est, quæ sunt binarius, ternarius, quaternarius, &c. Si species rerum vt numeri distinguantur, ipsa absoluta vnitas nullius quidem speciei est, nullius nominis, nullius figuræ est, sed omnia in omnibus est; est enim hæc vnitas omnis multitudinis generum, specierum, substantiarum, accidentium, vniuersarumque creaturarum, mensura vna omnium mensurarum, æqualitas vna omnium æqualium & inæqualium, connexio omnium vnitorum & segregatorum, quemadmodum vnitas omnem tam parem, quàm imparem numerum simplicitate sua complicat, explicat, atque connectit, vnitas infinita potentia, vnitas ineffabilis, à qua si cuncta separaueris, si aliud nunquam aut fuisse, aut esse, aut fieri posse intelligas, si multitudinem omnem abijcias, & ipsam simplicissimam vnitatem tantùm subintraueris, ita vt eam non potiùs simplicem quàm non simplicem, non potiùs vnam quàm non vnam comprobaueris, arcana omnia my-

Primę Vnitatis prærogatiua.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a

myſteria te penetraſſe noris. Videbis enim vitam eius minimè corruptibilem in ſua vnitate abſoluta, in qua eſt omnia, huius autem abſolutæ vnitatis præciſiſſima eſt certitudo, ita vt mens omnia in ipſa & per ipſam agat; neque quæſtio eſſe poteſt, quæ eam non præſupponat; eſt enim entitas omnium entium, quidditas omnium quidditatum, cauſarum omnium cauſa, finis omnium. Vidimus Omnipotentis Vnitatis miracula, iam ad cæteras vnitates progrediamur.

Secundæ Vnitatis denariæ vis & natura.

Secunda vnitas decadica reſpicit Intelligentiam Angelicam, quæ cùm ab infinita illa vnitate primò recedat, neceſſariò intellectualis compoſitionis miſcellam intrare cogitur. Eſt autem compoſitio ab vno & altero, id eſt, ex oppoſitis, quæ non præueniunt eam, ſed ſimul cum ipſa oriuntur, copulanturque in eius ſimplicitate radicali oppoſita ipſa indiuisè & irreſolubiliter; denaria enim vnitas ſine radice eſt; nàm eam præter primam nulla præcedit vnitas, cuius multiplicatione exurgat, cum ea ſola primò ortum capiat. Et tametſi à prima vnitate quoad eſſentiam infinitis diſtet interuallis, ſimpliciſſima tamen Diuini operis ratio eſt, exemplarium Diuinorum primus promus condus. Creatrix enim vnitas in actum ſe exerens, primò produxit dyadem, quæ eſt monas decadica, ſiue Mundus intellectualis, abſoluta Dei imago, & immediatum exemplar, denarij numeri, quem refert, vltimum complementum.

Tertiæ Vnitatis centenariæ vis & natura.

Tertia vnitas centenaria animaſtica numerus Intelligentiæ eſt, quam quadratè explicat, Intelligentia-

num

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

numerus eſt vnitatis abſolutæ, ſiue primæ monadis; Vnitas enim Intelligentiæ numeratur in anima, dum multipliciter contrahitur. Deus lumen eſt Intelligentiæ, quia eius vnitas; Intelligentia verò animæ lumen, quia eius vnitas, & corporalis forma vnitatis, animæ numerus exiſtit. Animæ vnitatem non in ſe, ſed in eius corporea inueſtigatione ſenſibiliter intuemur; pari pacto intelligentiam non in ſe, ſed in anima, nec primam, ſimpliciſſimam abſolutiſſimamque vnitatem, vti in ſe eſt, ſed in ipſa intuemur intelligentiam, vt in numero & ſignaculo. Ratio itaque non vt cubici corporis radix, ſed vt medium, per quod intellectualis radix in corpus deſcendit, conſideranda eſt; eſt enim inſtrumentum intellectus, atque ita principium ſeu radix inſtrumentalis rerum corporearum. Centenaria monas animam figurat, millenaria corpus; exurgit autem mille ex ductu denarij in centenarium, hoc eſt, ex multiplicatione intelligentiæ per animam. Omnis enim numerus denario perficitur, ſimpliciſſimæ vnitatis numerus ſimpliciſſimo numero in denarium pergit. Quæ igitur in prima vnitate ſunt ipſa vnitas ſimpliciſſima, in eius explicatione numerali reperiuntur diuiſa, atque differenter alia. Ita quidem intelligentiæ, quæ ſunt numerus ſimpliciſſimæ & abſolutæ vnionis, intellectualiter quidem numeri naturam in ordine ad primum participant, id eſt intellectualis differentia, oppoſitio, & alteritas, ſimiliaque, quæ numero conueniunt, ſunt ipſa vnitas abſoluta. Quadrata verò alteritas & oppoſitio, ſunt in ratione ipſa vnitas intelle-

Centenaria monas & millenaria.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a

ctualis. Cubicæ demùm oppoſitiones & alteritates ſenſibiles & corporeæ vnitas ſunt in ratione.

Quartæ Vnitatis millenariæ vis & natura.

Quarta denique vnitas millenaria, vltima & ſenſibilis vnionum eſt explicatio. Sicuti autem millenarius ex multis compoſitus, ita & hæc vnitas. Prima vnitas itaque ſe habet per modum puncti; ſecunda per modum lineæ; tertia per modum ſuperficiei; quarta per modum corporis ſeu cubi. Vnitas puncti ſimpliciſſimi, eſt omne id, quod in lineari, ſuperficiali, & corporea vnitate; & ſuperficialis vnitas omne id, quod eſt in corporea vnitate, explicat. Et tres quidem priores vnitates non ſenſibiles & diſcretiuæ, niſi per mentem ipſam, quæ ſola punctum, lineam & ſuperficiem ſeorſim conſiderat; ſenſus verò corporeum tantùm attingit. Si quis igitur per ſenſibilia, mentalia niteretur menſurare, idem faceret, quod is, qui ſolido corpore aut punctum, aut lineam, aut ſuperficiem menſurare attentaret, atque imprudenter, nè dicam ſtolidè ageret. Omne igitur ſenſibile ad rationem eleuandum eſt, aut ad intelligentiam, ſiue ad abſolutam vnitatem. quod ſi hoc pacto ab omni ſenſibili, rationali aut intellectuali multitudine vnitatē abſolutam, ad ſimplicitatem infinitam redegerimus, non eſt ampliùs quicquam de eo affirmabile; neque enim tunc potiùs eſt lapis, quàm non lapis, ſed eſt omnia, vnitas videlicet ſimpliciſſima, Deus benedictus in ſæcula. Vndè ſicuti abſoluta vnitas lapidis illius ſenſibilis & rationalis eſt Deus, exemplariter, ſic eius intellectualis vnitas eſt intelligentia. Vides etiam ex his vnitatibus, quomodò ſenſus redit in rationem, ratio in-

in-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a

intelligentiam; intelligentia in Deum, vbi eſt initium & conſumatio in perfecta circulatione.

CAPVT IV.

De Quinario, Senario, Septenario, &c. vſque ad Denarium incluſiuè.

PRimò. Quinarius ex vnitate additâ quaternario reſultat, eſtque omnis materialis ſublunariſque ſubſtantiæ ex quinis plerumque partibus conſtitutæ ſymbolum; nam ex quadripartita materiæ elementaris compoſitione, & vnico actu ſubſtantiali, omnis ſenſibilis ſubſtantia & natura conſurgit. Tota item vniuerſa corporum moles, ſiue id totum quod ſenſibile eſt, quinque corpora continet, quatuor elementa & Cœlum, ſiue quintam, vti Peripatetici volunt, eſſentiam. Secundò. Quinarius numerus vti orbicularium numerorum primus eſt, ita eorundem lationes vnicè metitur; quicquid enim in orbem conuertitur, quinto demùm loco ac puncto in ſeipſum redit, eique, quo digreſſus eſt, copulatur initio; hoc pacto Sol ab Oriente digreſſus, quinto loco in Orientis partem redit, & conſequenter ſenſibilium (cuiuſmodi ſunt, materies, actus eſſendi, actus vitalis, actus ſenſitiuus, actus rationalis) ſymbolum eſt.

Quinarij numeri myſteria.

Rursùs Ægyptios primò per quinarium numerum quinque viuentium genera indigitaſſe, Author eſt Plutarchus, qui triformi Numini primum locum conce-

Plutarchus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

dit, ſecundum Genijs, tertium Heroibus, quartum hominibus, quintum brutis. Plato in Epinomide ait, quinarium proprium eſſe Symbolum quinque locorum animalium capacium; Summus eſt empyreus, ſecundus æthereus, tertius aëreus, quartus aqueus, quintus terreus. In primo dicit, contineri ignea animalia, in ſecundo ætherea, in tertio aërea, in quarto aquea, in quinto terreſtria; quibus totidem habitatores Mundi reſpondent, homines, quadrupedia, reptilia, natantia & volatilia: quæ omnia hieroglyphicè exhibebant per polymorphum Numen ſedi quadratæ inſidens, cui in limbo quinque anſatæ cruces inſertæ ſpectabantur. Præterea per quinarium quinque tum animæ cognitiones, tum eiuſdem obiecta exprimebant: quibus totidem exteriores ſenſus annectuntur, viſus, auditus, guſtus, olfactus, tactus; hiſque totidem corporis membra ſeu organa reſpondent.

Platò.

Mirum igitur non eſt, Pythagoræos tantum virtutis tribuiſſe Quinario, vt eius ope compoſitionem animæ deprehenderint: ſicuti enim quinarius eſt dimidium denarij, ita anima omnium recenſitarum claſſium medium eſt.

Arcanum quod in quinario numero.

Ex quibus apertè patet, quomodò anima partim ex natura indiuidua & immutabili, partim ex diuidua & mutabili corporea participans, medium quadantenus locum teneat. Præterea Quinarius ex obſeruatione Pythagoræorum, circularis ſeu ſphæricus numerus dicitur, naturamque deſignat, quæ ſicuti ſui multiplicatione ſemper in ſe redit, ita & quinarius; ſiquidem

Quinarius eſt numerus circularis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a

dem cœteri numeri in se se multiplicati incremento facto in alios & alios desinunt, soli quinarius & senarius in se ducti, vti in prima parte Tomi secundi in Cabala Hebræorum ostensum fuit, se ipsos semper ostendunt, respiciunt, obseruant. Auge enim quinarium se ipso, siue duc in se ipsum, & habebis 25, quadratum, cuius latus 5. Ducatur rursùs 5 in suum quadratum 25. & conficies cubum 125. cuius latus pariter 5. Porrò ducatur denuò 5 in cubum 125, & prodibit 625, & sic de cæteris; quod & de senario intelligendum est, vt patet:

Quinarius & Senarius numerus semper seipsos respicuũt

Circulatio Quinarij.	*Circulatio Senarij.*
5	6
25	36
125	216
625	1296
3125	7776
15625	46656
78125	279936

Vides igitur multiplicationem quinarij & senarij, etiam in infinitum peractam, semper radices, à quibus producti sunt, reddituram; vndè meritò in tota numerorum œconomia principatum tenet; reuolutionis proindè animæ absolutum symbolum, quo illa per vniuersos entium ordines agitata, tandem singulis expensis, per actum reflexum sibi restituitur; in hoc prorsùs circulo æqualis, cuius omnis finis est principium, & omne vltimum est primum, hoc est, semper idem.

Quinarij prærogatiua

2. Se-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a

2. Senarius ex duplicata dyade reſultat, eſtque in ſacra Geneſi hexameron ſymbolum.

Senarius perfectorũ numerorum Coryphæus

Sicuti Quinarius extimam ſenſuum cognitionem diſcernit atque numerat, ita & ſenarius omnem materialem cognitionem diſpertiendam numerandamque aſſumit, perfectorum numerorum Coryphæus, ex dyade in triadem ducta, conſtitutus. Et quemadmodum quinarius deſignat reuolutionem animæ, vti Plato dicit, Mundi per quinque ſenſibilium rerum ordines ſibi tandem in puncto, à quo profluxit, reſtitutæ; ſic ſenarius notat reuolutionem quatuor vnitatum in vnitatem abſolutam; progreſſio enim in ſe ipſam circulariter rediens, ſenario numeratur. Vnitas igitur abſoluta cum abſoluta coincidit infinitate, intellectualis cum intellectuali, rationalis cum rationali, & vnitas ſenſibilis cum ſenſibili finitate. Omnis vnitas imparticipabilis, indiuiſibilis atque incorruptibilis eſt, vndè conſequenter vnitas non eſt abſoluta, niſi in intellectuali alteritate participabilis; nec intellectualis, niſi in rationali alteritate; neque rationalis, niſi cum ipſa ſenſibili. Non attingitur itaque Deus, qui eſt abſoluta vnitas, niſi intellectualiter; neque intelligentia attingitur, niſi rationaliter; nec ratio, niſi ſenſibiliter. Deſcendit itaque vnitas abſoluta in intellectualem infinitatem, intellectualis in rationalem, ac rationalis in ſenſibilem; vnitas verò ſenſibilis retroacta aſcendit in rationalem, rationalis in intellectualem, intellectualis denique in ſupramundanam infinitamque vnitatem: quæ per ſenarium aptè indicantur; principium enim fluentis vnitatis,

Numerus Senarius repręſentat reuolutionem quatuor vnitatum in vnitatem abſolutam.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

tis, & finis refluentis, coincidunt in absoluta vnitate, coincidunt quoque finis fluentis, & principium refluentis vnitatis in sensibili, duplicanturque media, ita vt quatuor termini fluxus & refluxus cum binis medijs exactè senarium constituant. Sed rem in figura demonstremus.

Sit A vnitas absoluta, intellectualis B, rationalis C, sensibilis D, in qua desinit fluxus vnitatis, & incipit refluxus vnitatis sensibilis, ascendendo ex D sensibili in E rationalem, & ex E in F, intellectualem, & tandem in vnitatem absolutam, fitque vt sicuti sex diametrales chordæ circumferentiæ subtensæ, circuli ambitum perfectè mensurant & complent, haud secus senario in ascensu descensuque vnitati circumuolutæ principium nectit finis. Ex quo patet, non esse aliud lucem descendere, quàm tenebras ascendere; neque enim aliud est, Deum in Mundo esse, quàm Mundum in Deo; nec aliud, actum in potentiam progredi, quàm potentiam ad actum; neque aliud est tenebras in lucem se erigere, quam lucem in tenebras descendere; neque denique aliud est, potentiam materiæ ad actum formæ progredi, quàm formam actualem in potentialem descendere materiam.

Deus omnia in omnibus est suo modo.

Vides igitur quomodò mensura perpetuitatis senario

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

rio adſcripta exiſtat, & quomodò vniuerſaliſſimum in ſpecialiſſimum, & ſpecialiſſimum in vniuerſaliſſimum redeat. Vndè mirum non eſt Aegyptios hunc numerum tantà veneratione habuiſſe, vt eo ſolium ſupremi Numinis polymorphi, quemadmodum in Tabulæ Bembinæ explicatione patet, inſignierint: quæ omnia ad dictarum rerum theorias reſpiciunt.

Ægyptij ſenario numero ſolium Dei decorabant.

Septenarius eſt monadis dimiurgæ per hexameron in vnitatem quietis ſeu Sabbathi reuolutio: primò enim Deus poſt Cœli ac Terræ productionem fecit lucem die primo; ſecundo fecit firmamentum in medio aquarum; Tertio produxit vegetabilem naturam; quarto Luminaria, Solem, Lunam & ſtellas; quinto ſenſitiuam naturam; ſexto hominem creauit; ſeptimo, ab omni opere quod patrarat, requieuit, quod ſeptenario numero ſcitè exprimitur.

Septenarius numerus arcana continet myſteria

Vndè Septenarius ſacratiſſimus in Oraculis numerus, & myſteriorum pleniſſimus, tam ſacrum auguſtumque decus obtinet, vt inter eos numeros, qui in denario includuntur, ſingularem eximiamque prę cæteris rationem habeat. Nam eorum alij procreant, non procreantur; alij procreantur, non procreant; alij vtrumque faciunt; ſolus ſeptenarius nec procreat vllum eorum, nec à quoquam procreatur. Vnitas enim vti principium omnis numeri, ita gignit omnes ſequentes, ipſa à nullo genita, Sic 2.3.4. gignunt 4.6.9.10. non tamen gignuntur; 4. verò, 6. 8. 9. 10. non gignunt ſed gignuntur, Septenarius vero non gignit, nec gignitur, cùm non habeat infra ſe numerum, à quo gignatur, neque intra dena-

Septenarius intra denarium neque gignit, neq; gignitur.

rium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a

rium vllus ſit, quem gignat. Hinc appoſitè à veteribus Pythagoræis Symbolum fuit Ducis & Rectoris omnium, vt qui cum immobilis ſit, nec gigni, nec gignere perhibeatur; quæ Plutarchus his verbis deſcribit: *Eſt Dux & Princeps rerum omnium Deus, ſemper vnus, ſtabilis, motu carens, ipſe ſui ſimilis, aliorum diſſimilis, ſeptuplo entium choro ſtipatus*. Eam ob cauſam Pythagorici hunc numerum Mineruæ ex Iouis capite genitæ, ſemper Virgini, ſine matre natæ, Symbolum poſuerunt. Hunc Ægyptij præ cæteris in ſumma ſemper veneratione habuerunt, rerum omnium ſigillum ſtatuentes: hic enim in vniuerſo ſeptem entium genera denotat, in ſuperiori Mundo ſeptenos Principes Spiritus; in Zodiaco firmamenti ſeptem configurationes ſeu aſpectus Signorum ad inuicem, in planetario Cœlo ſeptem Errones, in Elementari totidem metallorum genera, in Microcoſmo totidem principalia membra, in Luna ſeptenas phaſes, & quatuor ſeptenorum, id eſt, 28 dierum periodum; in incremento hominis ſeptem ætates; in fœtus perfectione ſeptem tempora; atque innumera alia quæ menſuræ ſeptenariæ ſubſtant.

Septenarius in honore apud Ægyptios.

Vniuerſum ſeptenario numero ſignatum eſt.

Cùm itaque Aegyptij totum rerum vniuerſum hoc ſeptenario numero ſignatum viderent, fieri non poſſe exiſtimarunt, quin aliquod inſigne & reconditum ſub eo myſterium latitaret. Hinc varijs modis eum hieroglyphicè exhibebant; Septenarium Cœleſtem ſic, III ⊗; & ſeptenarium ſublunarem ſic, III Ψ. Cœleſtem per tres lineas & circulum quadripartitum; ſublunarem per tres lineas & Crucem III ✠; quà occultè

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a

denotabant ſeptenariam ſeu vniuerſalem ſupremi Numinis virtutem tum exeri, cùm ex triade in tetradem, & primò in cœleſtem, deindè in ſublunarem mouetur, & reuolutione factà ſibi reſtituitur. Quod myſterium pulchrè nobis per hieroglyphicos characteres in limbo ſolij Oſiridis ſupramundani inciſos exhibetur, vbi ſeptem circuli quadripartiti, & totidem Cruces ordine ponuntur, quos circulos, & Cruces ſingulas præcedunt tres lineolæ, ſeptem Mundorum ſeptemplici claſſiũ ordine diſtinctorum Symbolum. Ita vt primus Mundus exhibitus ſit per III & ⊗. Circulum quadrifidum, quæ qua tuor partes Mundi adiunctis tribus lineis præfixis, faciu nt ſeptem hebdades rerum iſtius Mundi; & ſic ordine ſequenti ſingulis Mundis quadrifidis tres lineas addidere, vt rerum claſſes, quibus dicti Mundi conſtabant, arcanè indicarentur. Idem expreſſerunt per Crucem ✠ cum adiuncto ternario linearum, videlicet diffuſionem per Mundum elementarem. Sed myſterium aperiamus. Mundum primum Archetypum vocabant *Hemphta*, ſiue *Oſirin* ſupramundanum, primam rerum vnitatem triformem. Secundus Mundus eſt Angelicus, ſeptem claſſibus iuxta Aegyptiorum dogma diſtinctus, in quem ſeſe ſupramundani Oſiridis vis exerit. Tertius Mundus eſt materialis, ex ſeptem orbitis planetarijs conſtitutus. Quartus Mundus eſt inanimatorum corporum, ſeptem metallorum ſpeciebus diſtinctus. Quintus Mundus vegetabilis, in ſeptem pariter claſſes viuentium diſtributus. Sextus Mundus eſt Senſitiuæ naturæ, in ſeptem ſimiliter claſſes diſpoſitus.

Ægyptij quo modo Septenarium exprimerent.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a

tus. Septimus Mundus eſt Microcoſmus homo, in ſeptem ſtatus diuiſus: poſt quem in ſe ipſum redit ſupremũ Numen. Atque hi ſunt ſeptem ſeptemplici graduum, ſeu claſſium genere diſtributi, quos hieroglyphicum Schema indicat.

Vides igitur, quomodò ex Monade illa ſuprema & Archetypa, veluti ex centro euoluta, primò intellectualis Mundus ſeptem principalium Geniorum regimine munitus prodierit; quomodò illa deindè euoluta & veluti in circulum acta, materialem Mundum, Cæleſtem, ſeptem Planetarum choro decoratum produxerit; poſteà Mundum inanimatorum, Terram inquam, ſeptemplici metallorum genere fœtam produxerit; & in eo deindè vegetabilis naturæ Mundum ſeptem plantarum Claſſibus diſtinctum fundauerit; poſteà ad ſenſitiuæ naturæ ſeptem animalium ordinibus diſtributum proceſſerit; tandem hominem Microcoſmum omnium complementũ condiderit, & ſic in Monadis & infiniti centri abyſſum ſe recipiens, ab vniuerſo opere, quod patrârat, quieuerit. Vides Aegyptios tam aptè hos ſeptem Mundos expreſſiſſe, vt ad hexameron opus à Moſe deſcriptum reſpexiſſe videantur. Verùm cum hæc omnia ſuſiùs in Tabulæ Bembinæ expoſitione tradiderimus, hìc ea tantum indicaſſe ſufficiat. Proceſſus Monadis ſupremæ.

Octonarius ex duplicato quaternario exurgit, ſenſibiliumque cuborum primatum gerit, primus poſt Monadem cubus; ſiquidem monas cum ſit intellectualis numerorum abyſſus, omniſque multitudinis principium, omnem ſibi inter regulares numeros dominatum Octonarij myſteria.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a

vendicat. Eſt enim monas primus trigonus, quadratus primus, primus pentagonus, prima pyramis, cubus denique primus, & vti nullo ſe viſibili contexit amictu, ita quoque primus cubus eſt ſine angulis, ſine lateribus, quia monas tota eſt angulus, tota latus, tota cubus; adeò vt quæ in imperti monade ſine ſpecie, ſine vlla partium varietate complicata exiſtunt, in reliquo numerorum à monade effluxu, ſenſibiliter expreſſa cernantur. Octonarius igitur primus à Monade ſenſibilis cubus, è dyadis primi ſenſibilis numeri fonte ſcaturit; bis enim 2, generant 4, primum ſenſibile quadratum, & bis 4, generant 8, primum cubum, congruum ſanè hylæi minoriſque Mundi ſymbolum; ſicuti enim Mundus hylæus quatuor conſtat elementis, ita minor Mundus Homo, præterquam quod ex quaterna elementorum combinatione conſtituatur, præcipuè quoque quatuor conſtare videtur; ipſa videlicet anima, ſubſtantia, intelligentia, voce & ſcripturà; vti enim, teſte Platone, anima Megacoſmi ad mundi totius, ita anima microcoſmi ad corporis ſui domicilium ſe ſe habet, vnde Octonarius cubus primus per duorum quadratorum compoſitionem emergens ſymbolum eſt.

Paradoxon monadis.

Rursùs, quemadmodum Septenarius ſeptementium Symbolum eſt, ita Octonarius Aegyptijs octo Geniorum ſiue Numinum principalium, quibus ſeptemplex Mundus gubernatur, Symbolum erat; atque haud ſine ratione, Martiano teſte, ex Pallade & Amore, id eſt, ex nocte, & ſpiritu diuinà quadam ratione conſurgit. Hinc Orphæus quotieſcumque Diuinam vo-

Octonario numero octo Numina deſignabant Aegyptij.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a

volebat monſtrare Iuſtitiam, per Octonarium iurare conſueuerat, per quem & rerum ſummæ imperare dicebat Euander: ſcilicet Ignem, Aquam, Terram, Cœlum, Solem, Lunam, Mythram & noctem indigitando. Hinc Aegiptij eum exprimebant vel per ſtellam, vel per circulum octo radijs inſignem. In columna quoque hieroglyphica, teſte Diodoro, octo Numina ponebantur, Saturnus, Rheo, Oſiris, Spiritus, Cœlum, Luna, Nox, Dies.

Nouenarius ex triade in ſe ducta reſultat, tantò arcanior eſt, quantò triadem triniter inuoluens, dum eius efficit quadratum, maiora in ſe continet myſteria. Sicuti enim trias ſummi illius Boni primique principij numerus eſt, ſummum autem Bonum primumque principium à cunctis fidelibus in eiuſdem ſubſtantiæ vnitate, ſub diuinarum hypoſtaſium triade adoratur, pulchrè ſanè eluceſcit, quomodò indiuiſa hæc tri-unitas rerum omnium creatrix triplicata nouenarium generet. Angelicæ ſubſtantiæ à Deo immediatè productæ primæ creaturarum propaginis, ac nouenæ in ordines cæleſtes diſtinctionis Symbolum ſunt conuenientiſſimum; & appoſitè in adiũcta figura patet, vbi Diuina & ſuperimmenſa Trinitas ſimpliciſſima & indiuiſibilis vnitas ad extra mota ſe triplicans, tres hierar-

Nouenarij myſteria.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

rarchicas intellectualium mentium Monarchias in ternos Choros diſtributas produxit, quæ SS. Triadis ſignaculo notatæ, eiuſdem primam, proximam & immediatam imaginem in ſe exprimunt, quam & homo quatuor internis, & quinque externis potentijs refert, vti hìc.

Quæ adeò ſcitè per hanc Enneadem referuntur, vt vel ipſi Gentiles, neſcio quo inſtinctu, reſpexiſſe videantur, dum nouem Muſas orbium cæleſtium præſides Intelligentias, ad Mundi harmoniam indicandam, diſpoſuerint; quin & Hebræorum Mecubalim huc reſpexiſſe videntur, dum per nouenarium hunc triplicatum, triplicem Mundum, Angelicum, Sidereum & Hylæum

Seraphin.	Mens.	Vrania.
Cherubin.	Intellectus.	Polyhymnia.
Throni.	Ratio.	Euterpe.
Dominationes.	Imaginatio.	Erato.
Poteſtates.	Auditus.	Melpomene.
Virtutes.	Viſus.	Terpſichore.
Principatus.	Olfactus.	Calliope.
Archangeli.	Guſtus.	Clio.
Angeli.	Tactus.	Thalia.

indigitarint, iuxta Alphabeti myſtici diſpoſitionem, vti ſequitur, quæ hic referre libuit ad curioſitatem, non quod analogiæ huiuſmodi quicquam reale in Naturæ fundent.

En-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

Enneas Angelica iuxta Hebraorum Alphabetum disposita.

א	ב	ג	ד	ה	ו	ז	ח	ט
Ang.	Arch.	Princ.	Potest.	Virt.	Dom.	Thr.	Cher.	Ser.
י	כ	ל	מ	נ	ס	ע	פ	צ
Luna.	Merc.	Ven.	Sol.	Mars.	Iup p.	Satur.	Firmam.	I. Mob.
ק	ר	ש	ת	ך	ם	ן	ף	ץ
Intell.	Ratio.	Sens.	Veget.	Inanim.	Terra.	Aqua.	Aër.	Ignis.

Vbi vides primò per primum nouenarium Alphabeti, Mundum Angelicum indicari, in quo nullo terrenæ mistionis inuolucro vestitæ mentes, per primam literarũ enneadem, quam Hebræi עולם המלאכים. Mundum Angelorum vocant, indicantur: cui succedit proximus huic Mundus, quem Mundum Sphærarum vocant, עולם הגלגלים, per secundam literarum enneadem signatam, & continet primum Mobile, Firmamentum, cum cœteris sequentibus septem planetarum orbibus. Tertium Mundum vocant עולם היסודת Mundum fundamentorum, per tertiam literarum enneadem significatum, & est Mundus elementorum; quorum quidem Mundorum mira inter se, & à se inuicem est dependentia, ita vt sidereus Mundus influxibus subsit Mundi Angelici, elementaris verò seu hylæus vtriusque & siderei & Angelici. Quia tamen nihil hęc omnia prosunt, nisi supremæ & Archetypæ Monadis influxus accedat; hinc vnitate addita suprema, fiet totius naturæ creatæ Denarius; hic enim influens in Angelicum, & hic in sidereum, & hic in Elementarem, omnia conficiunt, animant, incitant, confortant, perficiunt: Hanc autem

Mo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

Monadem enneadi Mundorum additam Hebræi vocant אין סוף, *Infinitum*; ſed iam Catenas rerum naturalium, quæ hinc reſultant, exponamus.

CAPVT V.

De Catenis rerum naturalium per numeros expreſsis.

REperitur & aliud in natura rerum arcanum, quod niſi numeris explicari non poteſt. Et eſt quædam ex Archetypo deprompta ratio, qua opifex rerum ſapientia, ſingulos entium ordines ita numeris allegauit, vt exinde in multas claſſes diffuſæ, ad quam quodlibet reuocetur, ex numerica conſtitutione cognoſci poſſit: Atque tum in omnibus, tum potiſſimum in vegetabilis naturæ Oeconomia ſpectantur. Membra vegetabilium ſunt ſeptem, radix, ſcapus, cortex, folia, flore, fructus, ſemina. Sunt plantæ quæ vna tantum radice gaudent, vt in pleriſque cæpis, rapis cæteriſque plantis cernitur. Sunt quæ in duas radices ſatiſcunt, vt orchides, mandragora, gentiana; aliæ triplicem ſortiuntur radicem, vt helenium, ſimileſque.

Arcanum numericum Naturæ.

Sunt in nonnullis ſcapi, quorum internodia arithmetica quadam longitudinis proportione creſcunt, & decreſcunt, vti Phu, quam Valerianam vocant, Erithrodanum, hippuris ſiue equiſetum, Sambucus: nonnullorum caules ſunt teretes, triquatræ, quadræ, vti mentaſtrum aquaticum, Vlmus ſcabioſus, & alia hiſce ſimilia. Si foliorum numeroſam facturam contemplemur, in ijs

Radix.

Folia.

ijs ingentem numerosæ constitutionis differentiam reperiemus; habent aliquæ vnum solummodo folium, vnde & nomen adeptum, vnifolium; alia tria, vti trifoliorum innumeræ species, alia quaterna, quæ ad caulis intermedia se vt plurimum exerunt; vti tetraphylla: sunt iterum pentaphylla, heptaphylla, &c. iuxta naturalem numerorum seriem constituta in herbis foliorum multiplicitas.

Mirum est quod in equiseto obseruatum fuit. Habet hæc herba caulem in varia internodia distinctum, ex quibus singulis 24 folia sub continua angulorum æqualitate emittuntur tanta naturæ industria, vt si caulis ad altitudinem æquinoctialis detorqueatur, & ad situm austro-boreum, haud incongruè horologium, quod æquinoctiale vocant, constituat; cuius caulis per centrum transiens in folijs vmbrà sua horas, quas folia exprimunt, demonstrat: mirum naturæ ludibrium. Horologiũ ex Equiseto.

Sed progredi amur ad florum numerosam sobolem, quorum proprium est sub determinato numero, iuxta diuersas species, suam propriam exhibere. In Ficu folium, flos, fructus, idem est. Omnes ferè flores, determinato foliorum numero gaudent, quibus ex centro ad circumferentiam veluti in radios quosdam diffusis, mira florum pulchritudo exprimitur: sunt flores duorum, trium, quatuor, quinque foliorum vsque in infinitum, quorum singuli suam à foliorum numero sortiuntur nomenclaturam, quæ & fructibus seminibusque accidere perito phytoptæ patebit: neque quispiam mysterio carere censeat, quod opifex sapientia in nu- Flores.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a

mero, pondere, & menſura tam aptè diſpoſuit: ſiquidem ab arcanioris naturæ exploratoribus Phytoptis obſeruatum fuit, diuerſas plantarum ſpecies, quæ eodem radicum, florum, foliorumq; numero conſtant, quod inquam, earum naturales vires inter ſe adeo concordare reperiantur, vt indè in natura vegetabili certæ quædam numericæ conſtituantur catenæ, quibus in medicas compoſitiones aſſumptis, vires mirum in modum intendi dicunt; & patet in pentaphyllorum diuerſis ſpeciebus in vnum aſſumptis. Certè quinque digitorum radicem, quam & palmam Chriſti vocant, inſignem in manus affectæ cura effectum præſtare; cui ſi plantaginem quinqueneruiam iunxeris, manuum, pedumque curam intendes; mentaſtrum aquaticum caule quadrato quartanæ, vti & triquetra tertianæ mederi dicunt; adeò vt numerus in plantarum membris, nil niſi ſigna quædam ſint, & arcani characteriſmi ſiue ſignaturæ, ex quarum inſpectione, in interioris indolis talis & talis plantæ notitiam prouehamur. De quibus vide fusè agentem Io: Baptiſtam Portam in ſua phytognomia, & nos in Oedipi Aegyptiaci Tom. II. Sintagm. V. de medicina Aegyptiorum hieroglyphica, & lib. 3. de Arte Magnet. quam ampliſſimè huius rei argumentum expoſuimus, ad quæ curioſum Lectorem remittimus.

Ludit & natura numeralis ſimili prorsùs modo in criſtallo, topazio, amethiſto, cœteriſque pretioſis lapidibus, quorum nonnulla Natura in triquetram, quædam in tetraedram, alia in hexaedram, dodecaedram, icoſaedramque figuram compegit, id eſt, ternis,

qua-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

quaternis, ſenis, duodenis, vigenis lateribus conſtantem, de quorum geneſi & viribus, cum in 8. lib. Mundi ſubterranei vbertim ratiocinati ſimus, hic ijs immorari nolumus.

Ludit & in animalium Regno numerica coloris diuerſitas: ſiquidem in animalibus, volucribus potiſſimum, quædam cernimus vno, aliqua binis, alia ternis, quaternis coloribus, nonnulla quoque innumeris imbuta ſpectamus. Quæ ad certas claſſes ſub identitate numerorum reducta, vnà iunctis in triplicis naturæ Regno ordinibus, catenas ſubminiſtrare poterunt, magnarum in natura rerum indices.

CAPVT VI.

De myſticis numerorum catenis.

DIuinæ & opificis mentis effluxum ſupra diximus contigiſſe ex vnitate illa ſupramundana & archetypa, primò per triadem tri-unam ad intra, ab æterno; in ineffabili verò illo æternitatis puncto ad extra, per quaternarium in totius corporeæ naturæ ambitum, ſingulosque productarum rerum ordines, per intelligentias totidem præſides. Et primò quidem in maſſam hylæam ſiue elementarem: quicquid enim corporum materiale & ſenſibus obuium, è quatuor illis rerum omnium principijs elementis compoſitum eſſe in Itinerario Extatico expoſuimus. Per quaternarium itaque archetypum in Intelligentijs Angelicis triplicatum

Ternarij catena.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a

tum in quadripartitam Mundi peripheriam ſeſe exeruit ſapientia κοσμοτεχνίτης, dum ſuprema, media, infima mundi entia conſonantiſſimo numero in quatuor mundi plagas, Auſtrum, Boream, Eurum & Zephyrum, per quaternas triplicitates, igneam, aëream, aqueam, terream diſtribuit. Vnde mox diuina mens Solis præſidio, per mentes Angelicas annuum curſum in quatuor diſtribuit tempora, Ver, Aeſtatem, Autumnum, Hyemem: quibus per analogiam quandam ætates hominum, pueritia, adoleſcentia, virilitas & ſenectus reſponderent, vt quod vitæ ſuæ in vere cœpit exordium, id in æſtate maturaret & decoqueret, in autumno vitæ tranſactæ fructus proderet, & tandem hyeme ſubſequente in interitum abiret, ſub veris initium ad renaſcentiam ſuam rediturum; fit autem huiuſmodi effluxus in quadruplicem naturæ Inanimatæ, Vegetabilis, Senſibilis, & Rationalis gradum, quorum conſeruatio à quatuor primis qualitatibus elementaribus, calido, humido, frigido, ſicco, ex quibus compoſita ſunt, dependet. Sed iam ad ſeptenarium progrediamur.

Quaternarij catena.

Septenarij catena.

Gaudet natura numero ſeptenario. Archetypus quippe mundus in ſeptem ſpiritus, qui in conſpectu Dei ſtantes, perpetuò diuinas contemplantur Ideas, quorum præſidio ſeptem planetarum ſidera ad vniuerſi bonum reguntur, gubernanturque. In firmamento quoque ſeptem Vrſæ ſtellas in nauigantium commodum moderantur. Lunæ pariter quartarum ſeptemdialium periodum 28. dierum ſpacio conficiunt, quarum opera à ſidereo mundo ſeptem metallorum ſpeciem argumentum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

tum, aurum, ferrum, ſtrannum, plumbum, mercurius in minerali natura; in vegetabilis naturæ membris ſeptem, quæ ſunt plantarum radix, caulis, cortex, ramus, folium, flos, fructus, alimentum ſuum hauriunt. In microcoſmo exteriori ſeptem membra principalia, caput, ceruix, pectus, manus, venter, inguen, pedes: in interiori verò ſeptem vaſa vitæ, quæ ſunt cerebrum, cor, ſtomachus, lien, iecur, pulmo, renes, augentur & conſeruantur. Deus per ſeptem dona Spiritus Sancti, propter ſeptem miſericordiæ opera influit in animas, queis corroboratæ, in conſortium filiorum Dei admiſſæ, eò vndè profluxuerunt, reuertuntur. Denarium iam proſequamur.

Denarius harmonicus eſt, & inter omnes perfectiſſimus; omnes enim numerorum parium imparium que differentias, omnes proportiones harmonicas complectitur, vti ex quaternario expanſo patet, qui potentia denarius eſt: ſiquidem 1, 2, 3, 4, iuncta ſimul conſtituunt denarium; & vt ſic conſideratus, omnes in ſe 5 harmoniarum proportiones continet; in proportione enim 2 ad 1, dupla repetitur, quæ à Muſicis διαπασῶν vocatur: in 2 ad 3, ſeſquitertia proportio reſultat, quæ eſt διάπεντε: in 3 ad 4 proportio ſeſquiterria, & διατεσσάρων vocatur: in 3 ad 1, tripla, διαπασῶν. διάπεντε in 4. denique ad 1, quadrupla proportio emanat, dicta δυοδιαπασῶν. Quibus vniuerſa non ſolum artificialis, ſed & mundi maioris muſica, vnà cum Angelica, & omnium ſupremo chorago Deo Opt. Max. continetur. Antequam enim eorum opifex vnitatem ne-

Denarij catena.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a

rebus inferioribus communicaret, ex vnitate ſua archetypa in ternarium & quaternarium, & tandem in denarium, tanquam in decem Ideas & menſuras omnium numerorum rerumque faciendarum exemplaria ſe diffudit; vltra enim denarium, alius numerus, niſi replicatus, dari non poteſt, redeunte vnitate ad ſuum principium, ſuprema mens iuncta nouenario, rerum creatarum denarium conficit; quem & veteres Mythologi per nouem Muſas & Apollinem haud inſcitè exprimebant. Hoc pacto noueni Angelorum chori in tres hierarchias diſpartiti, cum Deo omnium complemento denarium conficiunt; In ſcientijs totius ἐγκυκλοπαιδείας denarium complent, nouem Categoriæ cum ſubſtantia; In moralibus Legis decem præcepta vtriuſque Legis complementum præſtant. Quæ omnia hucuſque dicta Hebræorum ſapientes per decem numerationes, quas Sephiroth, ſeu numerationes vocant, exprimebant, vt in ſequenti ſchemate patet, circa quam meritò tota Hebræorum machina verſatur. Sunt itaque decem ספירות ſeu numerationes, quas & emanationes, & veſtimenta Dei, quibus ad extra in creatione Mundi proceſſit, vocant; quarum tres ſuperiores, altiſſimas, ſpirituales, & intellectuales, plerique מעשה מרכבה opus quadrigæ, quo innuunt myſticum Diuinæ Maieſtatis curru ab Ezechiele deſcriptum: Septem verò inferiores, vocantur מעשה בראשית, opus mundanæ fabricæ vocant; atque ſunt decem diuina nomina, quorum tria prima emanationes vocant, reliqua verò ſeptem, attributa appellant, ijſque humani corporis membra applicant, non quod nos in-

Denarij catena.

ter

ter & Deum quæpiam figuræ aut substantiæ existat similitudo, vti rectè S. Dionysius, sed membrorum solummodo veluti quædam intentio. Hanc eandem ob causam Deo cor, oculi, aures, manus, pedesque in sacris literis affinguntur, non quod ad nostri membra corporis Deus vllam proportionem & habitudinem præseferat, sed quod sit in ipso altissimo & incomprehensibili entium ente, aliquid intrinsecum, inefabile, & prorsùs ἀπερόντιον, à quo vniuersa profluunt, quodque altissimarum, absconditarum, menteque incomprehensibilium rerum rationem denotat, quorum humani corporis membra Deo impropriè attributa, nonnisi signa sunt & typi. Numerationum itaque intentio nullum terminum, mensuram nullam, nullum numerum molemque, cœterasque qualitates; sed tenuem quandam vmbratilemque diuinarum virtutum (in quantum eas homo corporearum imaginum assuetus, iuxta species numerosas concipere potest) similitudinem & analogiam exhibent: per decem enim hasce numerationes, veluti per canales quosdam, Deus per Angelos in Mundum sidereum, & hinc in elementarem, adeoque totius naturæ inferioris ambitum influit. Primò siquidem ponunt globum lucidotenebrosum, quo Diuinam essentiam notant, & *Ensuph* vocatur, id est, infinitum, omnis termini & finis expers, à quo omnis influxus deriuatur. Quod secretiores Hebræorum Theologi decem diuinis nominibus exprimunt, iuxta decem summas, quæ in ipso elucent, perfectiones, quibus secundam occultam quandam analogiam totidem Angelicæ naturæ ordines attribuunt;

Quomodo Deus humana membra habere intelligendum sit.

&

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a

Tabula influxus 10 Sephiroth.

1 Kether. Corona.	influit in	Seraphim.	& per hos in sphæram.	Primi mobilis.
2 Cochma. Sapientia.		Cherubim.		Firmamenti.
3 Binah. Intelligentia.		Thronos.		Saturni.
4 Gedula. Magnitudo.		Dominationes.		Iouis.
5 Geburath. Fortitudo.		Potestates.		Martis.
6 Tiphereth. Pulchritudo.		Virtutes.		Solis.
7 Nizah. Victoria.		Principatus.		Veneris.
8 Hod. Honor.		Archangelos.		Mercurij.
9 Iesod. Fundamentum.		Angelos.		Lunæ.
10 Malcuth. Regnum.		Animasticum ordinem.		Mundi elementaris.

& in

Early European Books. Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CRAACL 1.7.156/a

& in Mundo ſenſibili totidem mobilium corporum cœleſtium ſyſtemata: in microcoſmo totidem membrorum principalium conſtitutiones. Deus itaque per decem nomina, quæ ſunt veſtimenta eius, in mundum Angelicum, per eadem deindè in mundum ſidereum & elementarem, & per eadem denique in microcoſmum, quæ tamen analogia, vti ſupra diximus, nihil influit effectiuè. Atque hæ ſunt decem numerationes, à quibus Hebræi mundum creatum conſeruari tradunt. Et primæ quidem tres propriè conſiderantur vt intrinſecæ Deo, coæternæ, infinitæ &c. de quo R. Iſaac Comm. in Ietſirah. *tres numerationes ſunt Kether, Cochma, Binah, altiſſima ſedes & thronus vnus, in quo ſedet Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth*. Atque quid aliud Hebræi veteres hac numerationum triade velint, non video, niſi Sanctiſſimæ Trinitatis myſterium: tametſi Iuniores talpis cæciores, neque eam agnoſcere velint, & per eam non niſi tres proprietates innuant: de quibus quam ampliſſimè actum vide in Cabala Hebræorum, quam in II. parte Oedipi Aegyp. tradidimus. Atquæ hæc eſt deſcriptio decem numerationum ſeu Sephiroth, vnà cum 22 canalibus, per quos vnus in alterum influit, & tot ſunt, quot in Alphabeto Hebraico literæ, videlicet 22. eſtque ſyſtema in tres partes diuiſum, quarum prior indicat mundum archetypum vnà cum Angelico, ſecunda mundum ſydereum; tertia mundum elementarem; hoc pacto, aiunt, Deus per Angelos ſuos influit in mundum ſidereum, & hic in elementarem, nihilque aſſerunt eſſe in archetypo & an-

Canales Sephirot 22 canalibus alphabeti Hebraici ſignati.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a

gelico mundo, quod non ſub certa quadam analogia ſit in ſidereo, elementari, & microcoſmo. Totius huius philoſophandi rationem videat Lector in noſtra Cabala, vbi quidquid deſiderare poterit circa hanc materiam, amplè tractatum reperiet. Nobis, ne numerorum myſteriorum limites excederemus, ea hoc loco non tam explicare, quam inſinuare tantum viſum fuit. Sed iam ad inſtitutam materiam, in qua duodenarij vis explicanda reſtat, progrediamur.

Duodenarij cetera.

Duodenarius exurgit è ductu triadis in tetadrem, ex diuina ſcilicet monade triuna, in naturæ creatæ quaternarium, quam & in ſacris literis ad vniuerſitatem rerum ſignificandam aſſumpſiſſe videtur. Hinc Ciuitatem ſupernæ Ieruſalem 12. portis, totidemque fundamentis inſtructam deſcripſit S. Ioannes; quo ſub myſterio ſeu anagogico ſenſu vniuerſitatem ſaluandorum innuit, & appoſitè ſanè per 12. Tribus Iſraël in lege naturæ, & in gratiæ lege per 12. Apoſtolos, qui Euangelium per ter quaternas mundi partes diſſeminarunt ad ſalutem mortalium reparandam, indicatum fuit, vti ergo ter quater faciunt 12; ita quadrifidus Mundus niſi in fide Trinitatis ſaluari non poteſt, vtpotè per lauacrum regenerationis, quod per lutherem Salomonis 12. bobus ſuſtentatam aptè indicatur. Quia verò homo ſine rerum neceſſariarum ſubſidio viuere non poteſt, hinc in ſiderio mundo, Solem ex auſtro in boream, & contrà, per duodecim ſigna Zodiaci totidemque menſes vagari voluit, vt ea quæ ad vſum hominum conſtituta fuerunt, per duodecim menſium annuum ſpacium

ad

ſpirarent,
ortalitatis
iteris per
reſpiciat,
quenti fi-
s nume-
& Pytha- Plato in Alcmo.

idas vir-
d Plato-
rtius, &
ſe. Inter
t, & in
lus con-
pleurus;
ribus la-
Iſopleu-

um pro-
præſidi-
eiuſdem
inæqua-
plus eſt,
per circu-
lum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a

Typus mysticus cælestis Ierusalem duodenario comprehensus.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a

gelico mu
ſit in ſider
philoſoph
la, vbi q
riam, amp
myſterior
tam expli
Sed iam a
explicand

Duodenarij cetera.

Du
ex diuina
ternarium
rum ſigni
tem ſuper
mentis in
ſterio ſeu
innuit, &
turæ, & i
gelium pe
ſalutem r
ergo ter q
in fide T
crum rege
bobus ſuſ
ſine rerun
hinc in ſid
contrà, p
ſes vagari
ſtituta fuer



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a

ad eiusdem conseruationem vndequaque conspirarent, & tandem ad vltimum suum finem, expleta mortalitatis vita pertingerent: adeoque nil non in sacris literis per duodenarium exponatur, quod non ad dicta respiciat. Verum numeri duodenarij mysteria vide in sequenti figura. Sed iam quomodo, per hucusque dictos numeros mundi vniuersitatem exposuerint Plato & Pythagorici, exponendum restat. Plato in Alcmo.

Sciendum est Aegyptios, ad Dei signandas virtutes, Geometricis vt plurimum figuris (quod Platonem, & Pythagoram eos secutos fecisse Laertius, & Malchus in vitis eorum ostendunt) vsos esse. Inter cœteras autem triangulum maximè obseruarunt, & in ipso tres iterum affectiones. Vel enim triangulus constat tribus æqualibus lateribus, & dicitur Isopleurus; vel duobus tantum, & dicitur Isosceles; vel tribus lateribus inæqualibus, & dicitur Scalenus. Per Isopleu-



Æquilat. Isosceles. Scal.

ron diuinitatis triformis in mundum corporeum processum (vnde, teste Platone, corporei Mundi præsidibus Dijs dicabatur) per Isosceles, processum eiusdem in sidereum; per Scalenum trium angulorum inæqualium, quorum prior rectus, alter tertij duplus est, Mundum alterationis, hoc est elementarem: per circu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

lum verò ſolitariam Dei tri-unam naturam, vt poſteà dicetur, aptè denotabant. Quomodo verò hunc ordinem & ſeriem generationis rerum omnium oſtenderent, Alcinous Platonicus fusè, & pulchrè deducit, vt ſequitur.

Quomodo verò Plato ex mente Aegyptiorum quatuor regulares figuras compoſuerit ex ſcalenis, cuius vnus angulus rectus, alter duas tertias vnius recti, reliquus verò eiuſdem tertiam partem habeat, id eſt, cuius vnus angulus 90. alter 60, tertius 30 graduum ſit; cum hucuſque Commentatores eius latuerit, noſtrarum partium eſſe rati ſumus, id geometrico ratiocinio hoc loco demonſtrare. Primò itaque deſcribebant triangulum æquilaterum A B C, ex cuius angulis A B C totidem perpendiculares A D, C F, & B E, ducebant, diuidebaturque triangulus æquilaterus in ſex triangulos ſcalenos, omnes æquales, & ſimiles, vti numeri oſtendunt, quorum ſinguli vnum angulum rectum, & reliquos duos, partim 60, partim 30 graduum conſtituunt: & ij quidem qui puncto medio 5 inſiſtunt, 60; qui terminant in punctis A B C triangulum, 30; qui denique medijs lateribus in punctis F D E conſiſtunt, 90 graduum ſunt, lateraque ſortiuntur ſub ea proportione, quam numeri 3, 4, 5, habent, quorum myſterium poſteà explicabitur. Huiuſmodi itaque triangulum dicebant nunc geneticum, modo nuptialem figuram, quod principium eſſet generationis rerum omnium ſublunarium, hoc pacto. Per baſin B A notabant principium rerum paſſiuum, humidum vi-



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

videlicet, siue Isim; per normalem C B ipsi A B insistentem, innuebant principium rerum actiuum, calidum videlicet, siue Osirin, masculam vim; per A C verò hypothenusam, ex vtroque compositum, siue Horum.

Iam videamus, quomodo huiusmodi triangulis, Isoscele scilicet, & scaleno tanquam primis principijs quatuor figuræ regulares, & consequenter quatuor elementa, quorum ea Symbola sunt, producantur. Terræ Symbolum cubum ita conficiebãt; Isoscelem A B C quadruplicabant, & proueniebat quadratum A B E D, hoc ductum in 6, cubum constituebat A B E D C F G. ita vt Isosceles, Proclo teste, esset terræ primum principium, quadratum vero proximum.



Porrò ignis Symbolum, pyramidem seu Tetraedron ita conficiebant. Cum Tetraedron quatuor constet triangulis æquilateris, quorum vnusquisque iterum, vti paulò ante ostensum fuit, ex sex Scalenis constituitur, 4 ducta in 6, producebant 24 Scalenos geneticos (ita enim imposterum appellabimus huiusmodi triangulum) pyramis itaque tetrapleura hoc pacto non ignem tantum, sed & totum Vniuersum, in quod ignea vis se occultè diffundebat, notabat; hoc autem pacto in corpus id deducebant. Triangulum Isopleurum A C D, subdiuidentes bifariam, duos efficiebant Scalenos B A C, B A D. quo quidem notabant processum Numinis ex Mundo archetypo in Mundum alterationibus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a



bus mutationibuſque expoſitum: hos Scalenos bifariam iterum ſecantes producebant Iſoſcelia B F A, B E A, proceſſus Numinis per influxum ſydereum indices: hos Iſoſceles iterum bifariam ſecabant per lineam F E, & producebant quatuor triangulos Iſopleuros A F E, F E B, E B D, F C B: quibus complicatis efformabant primum omnium ſolidorum corporum Tetraedron, triade abeunte in tetradem, id eſt triãguli oriebatur figura quatuor planorum, ſiue pyramis trilatera, & ex tribus angulis naſcebãtur anguli duodecim, adeò vt in vnica hac figura haberent omnem totius Mundi tam ſiderei quam elementaris ſeriem. Trigonus enim triade ſua rerum exprimebat generationem, vt poſteà oſtendetur, quaternarius laterum, elementa; tria, & quatuor coniuncta dabant ſeptenarium ſiderei Mundi, ſeptem planetarum circulis conſpicui; duodecim anguli, Aplanes, ſiue Zodiaci duodecim denotabant dimenſiones; figura erat acuta & pyramidalis, qua innuebant ignem, ſiue calorem, generationis rerum principium actiuum, quod Elementa, planetas, Aplanem, verbo omnia permearet. Iterum cum Octaedron ex octo Iſopleuris, ſiue æqualium laterum triangulis conſtitueretur, quorum vnuſquiſque iterum ex ſex Scalenis geneticis conficitur; 8 ducta in 6, dabant 48 Scalenos, quibus conſtituitur Octaedron aëris Simbolum. Denique cum

Iſopleuri myſteria.

Octaedron geneſis.

Ico-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

Icosaedron 20 triangulis æquilateris constet, vnusquisque autem eorum sex Scalenis; hi ducti in 20, dabunt 120 Scalenos, ex quibus tanquam principijs Icosaedron constituitur, ac proindè in aquæ Symbolum fuit assumptum. Icosaedri genesis.

Habemus itaque in Tetraedra pyramide 24; in Octaedro 48; in Icosaedro denique 120 Scalenos geneticos, ex quorum comparatione Plato ab Aegyptijs, & Pythagoræis doctus, in notitiam venit proportionis Elementorum, quam vnumquodque ad alterum obtinet. Nam quia ignis, aër, & aqua pro primo principio Scalenum habent, terra vero Isosceles; colligit hæc omnia in se inuicem nequaquam dissolui, atque permutari posse, terram, inquam, cum reliquis tribus; tria verò aërem, aquam, & ignem, ob commune singulis principium geneticum, in se inuicem actu dissolui, & permutari. Significauit quoque, quæ in numeris triangulorum, ex quibus tanquam ex primis principijs tria elementa constant, proportio existit inter 24, 48, & 120, eandem esse in densitate, & raritate substantiæ inter ignem, aërem, & aquam, proportionem, vt scilicet ignis aëre sit duplo rarior, aqua verò quadruplo, & se habent sicuti Scaleni Tetraedri 24, ad Octaedri Scalenos 48, & Icosaedri Scalenos 120. Cubus verò terræ Symbolum, vti ex heterogeneo, videlicet Isosceele triangulo componitur, ita quoque cum reliquis tribus Elementis ex hoc ipso permutari non posse iudicauit; subesse tamen cubo terræ Symbolo harmoniam quandam, totius harmoniæ Mundanæ moderatricem, Scaleni notæ.

ex

ex partibus eius cognouit, videlicet ex ſex planis, duodecim lineis, octo angulis ſolidis, viginti quatuor planis, ex quibus cubus conſtat, id eſt proportiones harmonicas 6 ad 12, duplam, diapaſon; 6 ad 9, ſeſquialteram, diapente; 12 ad 8, ſeſquitertiam, diateſſaron; 8 ad 24 triplam diapaſon diapente; 6 ad 24 denique quadruplam diſdiapaſon.

Harmonia Mundi numeris expreſſa.

Sed præter has quatuor ſolidas figuras regulares, quintam etiam conſtitui poſſe videbant ex pentagonis, quorum tria in vnum compacta, ſolidum angulum conficerent, atque ita figuram complerent duodecim baſium, ſiue duodecaedram, vt corpora, quæ natura conſtant, omninò reſponderent Mathematicis; quæ Pythagorici Aegyptios ſecuti, naturalium ideò rerum prima dicebant principia. Atque hoc dodecaedron Vniuerſo adſcribebant, non, vt nonnulli putant, quintæ eſſentiæ ſuperlunari, ſed quinto magno corpori Vniuerſi, ex quatuor primis corporibus ſimplicibus compoſito. Hoc pacto igitur, cum duodecim pentagonos Iſopleuros, quorum vnuſquiſque in quinque Iſoſcelia diuidebatur, ità in vnum coaptari poſſe viderent, vt nihil vacui remaneret inter commiſſuras laterum, ac præterea hos in centro circuli coniunctos duodecim pyramides pentagonas conſtituere; myſterium Vniuerſi ſubolfacientes, per duodecim latera dodecaedri primo duodecim ſedes Zodiaci, quem ipſi totius Vniuerſi terminum dicebant, referebant; hæ enim ſedes quaſi ſtellarum radioſo influxu in centro terræ coniunctæ, totidem pyramides conſtituebant pentaedras, duodecim penetralium, per quæ Numi-

Dodecaedri ſignificatio.

na

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

na in inferiorem Mundum influerent, ſymbolum, de quorum myſtica ratione cum in Obeliſco Pamphilio iam egerimus, eum Lector conſulere poterit. Quemadmodum itaque hæ duodecim pyramides pentaedræ verticibus ſuis in centro terræ connexæ, ita aptè coniunguntur, vt nullum vacuum intermedium relinquant; ſit Mundi vita per Numina, quæ dodecaedris Zodiaci præſident, ita per omnia diffunditur, vt nihil ſit, quod eam non participet. Iterum quemadmodum cubus terræ ſymbolum ex Iſoſcelibus componitur, ita ex pentagonis dodecaedron; quo quidem myſterio, neſcio quem occultum conſenſum notabant, Zodiaci maſculi cum Terra fœmina, è quorum coitu omnia naſci dicebantur. Nam ſicuti ex biſectione Iſoſcelis, & pentagonorum in dodecaedro naſcuntur Scaleni, ita ex terra, ceu principio paſſiuo, atque ex motu planetarum ſub 12 Firmamenti (quę ſunt veluti principium quoddã actiuum) ſignis influxuque eorum in terram facto, naſcuntur Scaleni genetici, hoc eſt, omnia in mundo ſenſibilium diuerſa genera.

Vides igitur, quomodo ex primis & ſimpliciſſimis lineis & figuris, ad corporum geneſin, totiuſque corporeæ naturæ arcanum procedebant. Sicuti autem per circulum centro, radio, circumferentia trinum, ſuo modo tri-unam diuinitatem; ita per triangulum æquilaterum tri-unam diuinitatem in operibus creationis ſe ſe exhibentem, vti dictum eſt, notabant. Et circulus quidem nihil ex ſe gignit, vtpotè complementum, & polygonorum omnium maximum, infinitis lateribus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

conſtans, abditè ſolitariam vnitatem trinam ſignat; trigonus verò principium totius generationis, omnium reliquorum, ſiue figurarum polygonarum, ſiue corporum, vt paulò ante oſtenſum fuit, genitor eſt. Hunc proxime ſequitur Iſoſceles, terræ & firmamenti ſymbolum; quod ſequitur Scalenum rectangulum ad ſumma geneticæ naturæ myſteria indicanda. Conſtat rectangulum Scalenum, vti ſupradictum eſt, tribus lateribus inæqualibus, totidemque angulis, recto vno, & duobus acutis: per rectum conſtantem, & immutabilem naturæ in operando legem; per duos reliquos, vnum maiorem ſubduplum, motum augmentationis, per tertium ſubſeſquialterum diminutionis diuiſionifque rationem indicabant. Per lineam præterea inferiorem BC, quæ baſim trianguli conſtituit, ſignificabant, teſte Plutarcho, principium paſſiuum rerum, maximè terrã, ſiue Iſidem, per normalem ei rectà inſiſtentem B A principium rerum actiuum; formam, Oſirim, ſiue Solem; per hypotenuſam denique, ſiue ſubtenſam A C vtramque lineam coniungentem, compoſitum, Horum filium ex vtroque natum acutè indicabant, vt paulò ante etiam diximus.

Scaleni myſterium.

Sed videamus modò arcanum Totius ſub citati



Sca-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

Scaleni figura reconditum. Latera huius se habent ad inuicem, sicuti 3 4 & 5. vt in figura patet, vbi vides sub triangulo Isopleuro ternarium numerum, quaternarium sub Isoscele, quinarium verò sub Scaleno contineri.



Porrò 3, 4, & 5. simul iuncta faciunt duodecim, dodecaedron naturæ. Vnde sicuti numeri in numeris, lineæ in lineis, figuræ in figuris implicitè continentur, ita omnia in omnibus esse occultè hisce præfigurabant. Præterea latus A B 3 in se ductum conficit 9. latus B C 4. in se ductum constituit 16; quæ simul iuncta constituunt tantum, quantum latus A C 5 in se ductum, videlicet 25. arcanum ingens in Mathematicis, & inuentionum infinitarum ferax, ab Aegyptijs primùm inuentum, à Pythagora verò sub suo nomine propalatum, quo mundanorum corporum, adeoque totius vniuersi genesin per geneticos triangulos, subtili sanè ratiocinio, occultè indicabant. Hecatombe Pythagorica.

Porrò reliquæ omnes numerorum vltra denarium formæ, in decade monadica semper implicitum sensum habent, numerorumque in prima decade contentorum mysteria respiciunt; hoc pacto quater 10 faciunt 40, & laboriosi huius temporis Sacramentum innuit, quo sub lege Christi aduersus Satanam notatur concertatio, & ex 40 dierum ieiunio 40 mysteria; Reliquorum compositorum numerorum mysteria.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a

Chriſti, Moſis, & aliorum luculenter patet.

50. myſt. Iterum quinque in 10 ducta, dant 50, remiſſionis & indulgentiæ Symbolum, & nota Pentecoſtes eſt, quo die 50. poſt Reſurrectionem Chriſti, Spiritus Sanctus ſupra Apoſtolos apparuit, eſtque Iubilæi magni, & Sabbati Sabbatorum in fine mundi Sacramentum, quo electi in conſortio filiorum Dei, atque æternæ felicitatis ſtatu perpetuò quieſcentes, laboribus & tribulationibus finem imponent.

Hæc dum ſcriberem, occurrit eodem tempore Euangelium de piſcatione Petri poſt Chriſti Reſurrectionem, vbi & de 153 piſcibus magnis in terram ſine retis ruptura extractis mentio fit. Quæſitum itaque quid ſibi velint, quoad myſticam ſignificationem 153 piſces, numero non multum vſitato expreſſi? Dixi hunc numerum eſſe electorum in ſuprema patria congregandorum Symbolum, qui ex periculis mundanarum tentationum integri, & meritis grandes, ſine retis euangelici ruptura, in æternæ felicitatis littus extracti, finem ſuum vltimum conſecuti ſunt. Sed videamus vbi myſterium lateat. Componitur hic numerus ex 10. & 7, quorum ille numerus perfectionis, omnia in ſe complicat, hic verò, id eſt, 7, Septemplices Spiritus Sancti gratias & chariſmata notat, quæ per triadem multiplicata, conficiunt 51. Diximus autem ſupra, 50 remiſſionis, Indulgentiæ & quietis, Iubilæi magni, & Sabbathi Sabbathorum Sacramentum denotare; quies verò perfecta niſi in vno, indiuiſo, immutabili, qui eſt Deus Opt. Max. obtineri

153. myſt.

non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a

non potest, neque septem Spiritus sancti dona cœlitùs nobis concessa vim habere possunt, nisi præuijs Sacramentis, & 7 operibus misericordiæ per Sacrosanctæ Triadis fidem in militante Ecclesia formentur. Hinc per Sacram Triadem multiplicata dant 153. Quia ergo omnis operatio in militante Ecclesia in fide S. Trinitatis peracta, ad requiem tendit; hinc 17 ter multiplicamus, vt ad 51 pertingere valeamus; quoniam verò nostra requies tunc est, cum ipsam Trinitatis claritatem, in vnione diuinitatis esse confitemur; per hanc itaque, qua videlicet 3 in 51 ducta dant 153. electorum in suprema patria collocãdorum summam intelligimus, qui vti per 153 pisces in Euangelio signantur, ita quoque textum luculenter expositum proferunt. Faxit diuina bonitas & misericordia, vt inter illos 153. pisces, numerum nempè saluandorum, peracta huius corruptibilis vitæ mortalitate æternum felices connumerari mereamur.

Monas tri una apud Aegyptios ὀφι-κυκλο-πτερόμορφος.

Omnia ad maiorem Dei Gloriam Virginisque Matris.

IN-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

INDEX

Rerum quæ in hoc Libro continentur.

A

A Braxas quis. fol. 174
Tot numeros continet, quot in anno dies. 175
Superstitiones sub hoc nomine. 192
Eiusdem Sigillum. 190
Quid serpentini pedes. ibid.
Quid scutica. ibid. 192
Eius in capite quid statua Martis. 196
Abracadabra quid. 192
Aeones cur ophionei sint dicti. fol. 177
Aegyptij Senario numero solium Dei decorabant. fol. 272
Aegyptiorum nominum interpretatio. 196. & seq.
Agla nomen Cabalisticum. 221
Alphonsus Rex Astronomiam instaurat. 49
Sumptus eiusdem in Astronomiæ instauratione expensi. 50
Alteritas & inæqualitas sunt simul natura. 252
Amuletum Isiacum. 206
Anubis quid. 184
Arabes numerorum notas à Brachmanibus didicerunt. 41
Eorundem notæ numerales ab Indis proceßerũt. 43
In literis numeralibus sequuntur ordinem literarum hebraicarum. 44
Eorum Tabulæ Astronomicæ in Africa. 49
Authores apud eos celebres euocantur in Hispaniam. ibid.
Eorum superstitiones in numeris. 55
Arcanum numericum naturæ. 280
Astrologia omnes magicas operationes ingreditur. 175
Authoris defensio contra eos, qui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

qui mysteria numerica numismatis incisa fuisse negant. 211

C

CAbala Pythagorica. 236. 226.
In ea nihil sanum est. 230
Cabalistica Alphabeta. 227
Modus operandi per alphabeta. ibid.
Cabalistarum in operando errores ostenduntur. 230
Omnia ad decem reuocant. fol. 261
Numerandi ratio. 5
Caij Duuillij contra Carthaginenses victoria & spolia. 35
Charchiden nomen est vrbis, & Genij tutelaris. 213
Ciceronis testimonium. 32
Clauorum fixio per numeros Romæ olim vsitata. 20
Combinatio irregularis quæ. fol. 80
Quot combinationes fieri possunt in quadrato dispositorum numerorũ. 81
Cur H, 100 notaret. 8

D

Δ Denarij nota, & cur. 8
Denarij catena. 285
Deus omnia in omnibus est suo modo. 271
Quomodo numerare censeatur, & quomodo noster intellectus. 242
Cur dictus sit Ens & non Ens à S. Dionysio. 246
Quomodo humana membra habere intelligendum sit. 287
Quid in Deo vnitas. 242
Deorum Dearumque omnia nomina vnum solare numen exprimunt apud mythologos. 186
Dispositio numerorum Lilij Giraldi. 27
Dodecaedri significatio. 296
Duodenarij catena. 290
Dyas est primus recessus à Deo. fol. 248
Eius mysteria. ibid.
Quomodo alteritatem induat. 254

Dua-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

Dyadis & Triadis comparationes. ibid.

E

ENneadum dispositio. 23
Ephesiæ literæ. 214
Quales fuerint. ibid.
Quid significauerint. ibid.
Nomina quæ ijs scribuntur. 215
Branchus Ephesijs literis famem Milesiorum dissipasse fertur. ibid.
Exoticorum nominum expositio. 172

G

GEomantiæ vanitas. fol. 225.236
Geomantarum deliramenta. fol. 237
Inuectiua contra illos. 225
Gnostici quinam & quales. fol. 170
Eorum turpia dogmata. fol. 171
Superstitiones. 177
Stolida eorum figmenta in octonario. 173
Deriuatio nominum peregrinorum illis vsitatorum. 176
Gnosticorum librorum tituli. 188
Omnia numeris tribuebant. fol. 219

H

HArmonia Mundi numeris expressa. 296
Harpocrates Loto insidens. 198 199.
Hebdomas sacra quid. 185
Hecatombe Pythagorica. 299
Hecate triceps. 197
Hexalpha quid. 217
Horologium ex Equiseto. 281
Horus quomodo pingeretur. fol. 189
Quid significaret. 190

I

IAo quis. 174
Quid significet. 193
Icosaedri genesis. 295
Isopleuri mysteria. 294

Isi.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

Isidis mysteria. 208

L

LAtinorum veterum in numeris varia dispositio. 21
Origo numerorum. 19
7. literis omnis eorum numerus exponitur. ibid.
Leo cum Luna & Stellis quid. fol. 196
Libri Homeri qualibus literis signarentur. 7
Literarum pro numeris introductio. 4

M

MAgorum proprium est miscere sacra profanis. 218
Maximus Planudes Author de Numeris. 46
Annus quo vixit. 47
Maximum absolutum quid sit. 243
Maximum absolutum omnia est. 244
Maximum & Minimum absolutè coincidunt absque vlla contradictione. fol. 243
Maximi vnitas æquiparata vnitati Minimi. 245
Membra hominis ex literis constituta. 173
Mercurius siue Anubis biceps. fol. 200
Mercuriale numen. 202
Minimum absolutè quid sit. fol. 243
Michaël cur ophionius. 185
Milesij interitus. 214
Millenarij notæ sunt nouẽ. 30
Millenariæ notæ X *origo. ibid.*
Mniziel quis Genius. 200
Modus computandi Rusticorum. 4
Modus veterum Græcorum in dispositione numerorum. 8
Monas centenaria & millenaria. 265
Monadis paradoxon. 276
Monadis supremæ processus. fol. 275
Mydras est Genius solaris. fol. 174

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

N

NEoriel quid. 185
Nomina barbara eorumq; significatio. 209
Nil nisi pacto cum Satana inito valent. 209
Notarum numerorum fabrica apud veteres. 24
Nota 10000. 32
Nota 50000. ibid.
Notæ variæ numeri millenarij. 28
Nota octonarij numeri. 36
Nouenarij mysteria. 277
Numerus ratio explicata. 1
Numerorum inuentio & expositio. 2. 166
eorum admiranda proprietas. 123
Numeri ex Iod hebraico veluti vnitate componebantur. 3
Numerus Psalmorum per literas indicatur. 5
Numerorum descriptio iuxta alphabeta. 6
Numerorum Græcorum apud Herodianum dispositio. fol. 10
Numerus populi ab Augusto recogniti. 12
Numerus Iudæorum in Captiuitate Babylonis. ibid.
Numerorum ἰσοψηφία quid. ibid.
Numerorum difficultates soluuntur ex Tab. Rost in Capitolio superstite. 33
Numeri quales Dij dicati. 59
Numerorum quadratorum æstimatio. 60
Eorum proprietas. 61
Numeri septem Planetis dicati quales. 62
Numeris Deum omnia administrare, exemplo docetur. 63
Magna sub ijs mysteria. fol. 73
Eorum dispositio in cellulis. 75
in Quadrato Martis. 89
in Quadrato Solis. fol. 91
in Quadrato Veneris. 97
in Quadrato Mercurij. 99

Nu.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

Numerorum in Quadratorum Gnomonibus dispositio. fol. 112
Numeris omnia constant. 239
Numerorum compositorũ mysteria. 299
Numisma Soli dicatum, 203
Numerus quadratus 4, cur imperfectus dicatur. 74

O

Octaedri genesis. 294
Octonario numero octo nomina designabant Aegyptij. 276
Octonarij mysteria. 275
Origo numeri V. 24
Origo notæ L. 20
Origo & fabricæ C. ibid.
Origo ⊂ numeri centenarij. 25
Origo ▷ numeri 500. 26
Origo ∞ millenariæ notæ. 29
Origo numeralis notæ V, X, D, M ibid.

P

Pentalpha quid. 217
Pythagoræi veritatem in magna veneratione habebant. 59

Q

Quadrati 16. dispositio difficilis. 83
Quaternarij catena. 284
Quaternarius numerus est in potentia denarius. 260
Eius fœtus multiplex. ibid.
Idem vel conficit pyramidem trilateram, vel cubum. 259
Quid Quadratum cubicum. fol. 106
Quid Quadratum Martis in numeris. 67
Quid Sigillum Solis in numeris. 68
Quid Sigillum Veneris in numeris. 70
Quid Sigillum Mercurij in numeris. 71
Quid Sigillum Lunæ in numeris. 72
Π Quinarij nota & cur. 8
Quinarij numeri mysteria. fol. 267
Arcanum quid in eo. 268

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

Est circularis. ibid.
Quinarius & Senarius numerus semper seipsos respiciunt. 269
Quinarij numeri prærogatiuæ. ibid.
L Quinquagenarij nota ex duabus lineis obliquè ductis nascitur. 25
Quomodo Veteres numeros vltra centum millia disponerent. 39

R

Ratio proprietatis numerorum in dispositione. fol. 76
Rambam doctor perplexorum. fol. 3
Rotæ Vitæ & Mortis descriptio. 234
Stulta eiusdem dispositio. ibid.
Eiusdem praxis & confutatio. 235

S

Sabaoth quid. 193. 194. 196. 197.
Satanæ fraus in nominibus per acrostichides. 222
Scaleni mysterium. 298
Scaleni nota. 295
Senarius numerus perfectorum numerorum Coryphæus. 270
Representat reuolutionem quatuor vnitatum in vnitatem absolutam. ibid.
Septenarius numerus arcana continet mysteria. 272
Intra denarium neque gignit, neque gignitur. ibid.
Erat in honore apud Aegyptios. 273
Septenario numero Vniuersum signatum est. ibid.
Septenarium quomodo exprimerent Aegyptij. 274
Septenarij catena. 284
Significationes Symbolorum. fol. 207
Sigillum Anael. 217
Sigilla reliqua. 218
Sigillum ab Arch. Leopoldo Guilielmo transmissum. fol. 187

Sa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.156/a

Sigillum magicum. 220
Sistrum quid. 184

T

TEtractys pythagorica. fol. 262
Quidnam sit. 172
Reperitur in omnibus rebus. 260
Ternarij numeri genesis. 250
Eiusdem laus. ibid.
Est perfectissimus, quod contineat principium, medium & finem. 251
Theologia negatiua quæ. 247
SS. Trias cum triangulo æquilatero comparatur. 255
Triadis excellentia. 249
Trinitatis creatæ & increatæ differentia. 259
Trismegisti effatum explicatur. 253

V

VNitas geometrica quid notet. 256
Vnitas quadruplex explicatur. 261
Vnitatum singularum natura declaratur. 261
Vnitas monadica diuinam essentiam notat. 262
Vnitatis primæ prærogatiua. fol. 263
Secundæ denariæ vis & natura. 264
Tertiæ centenariæ vis & natura. ibid.
Quartæ millenariæ vis & natura. 266
Vnitas natura prior est [illegible]tate. 251
Vnitas æqualitas & connexio sicuti habent vnum esse, ita habent æternum esse. fol. 252
Vnitas rationem quadrati & cubi obtinet. 62

Z

ZAmbres Iudæus Magus. fol. 215
Zyphrarum origo à Brachmanibus. 40
Earum commendatio. 54
Tempus quo zyphræ numerales introductæ sunt. 50
Tempus quo zyphræ modernæ in Europam sunt allatæ. 49

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

Errata ſic corrige.

fol.		
60	varietatis.	varietati.
64.	arcas	areas.
65	abditos	additos.
68.	fin.	in
74.	obeat	oleat.
77.	diagonos	diagonaliter.
149.	Criſtologia.	Criptologia.
170.	in Arithmologiæ &c.	in I. Arithmologiæ &c.
183.	numeri	numen.
184	κυνοκαφαλον	κυνοκέφαλον
219.	contaminant.	contaminent.
222.	ſortis	fortis.
223	ανελçμενοι	ανελομενοι
	ός κ	ον
	χçυσιȣ	χρύσιον
	χçυιον	χρύσιον
	[illegible]tem	virtutem.
	ובדד	וזכרו
	סטד	שמו
189.	eiuſdem quæ	eiuſdemque.
209.	quæ	quod
211.	poſſint.	poſſim.
213.	apicem.	picem.
	multum.	mutuum.
245.	Maxima	Maximi.
254.	Dyras.	Dyas.

Nota figuram fol. 299 contentam ſub improportionato triangulo rectangulo à Sculptore expreſſam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.156/a